dictionis et libri euangeliorum inſignia natalium in ſigillis ſuis exprimenda curarunt, vt innoteſceret, ipſos regenerationem inſuper habere et dominatum adfectaſſe externum. Cum ſignis hiſce mutatis conuenit mutatio deuotionis et adrepta vanitatum gloria.

DISS. VIII.
DE
MINISTERIALIBVS ECCLESIAE GANDERSHEIMENSIS.

Conſpectus.

§. I. *Status triplex hominum, Germaniam olim incolentium.*
§. II. *De Nobilibus.*
§. III. *De Frilingis et Liberis.*
§. IV. *De ſeruis, et eorum differentia.*
§. V. *De modis, in ſeruitutem perueniendi apud Saxones veteres.*
§. VI. *De Miniſterialibus, eorum definitione et diuiſione.*
§. VII. *De Miniſterialibus primi generis, politicis, et eccleſiaſticis.*
§. VIII. *De Miniſterialibus ſecundi generis.*
§. IX. *De Miniſterialibus tertii generis.*
§. X. *De capellanis et notariis, ac cancellariis.*
§. XI. *De Officiatis hereditariis, Aduocato et Officiali.*
§. XII. *De Mareſchalcis.*
§. XIII. *De Dapiferis.*
§. XIV. *De Pincernis.*
§. XV. *De Camerariis.*
§. XVI. *De vilitate conditionis miniſterialium tertii generis.*
§. XVII. *De beneficiis eorum et praerogatiuis.*
§. XVIII. *De eorum amplificatione et ad nobilitatem translatione.*
§. XIX. *De Arcariis ſpeciatim.*

§. I.

Germani veteres erant triplicis conditionis, videlicet diuiſi in *Adelingos* (a) ſeu *nobiles*, in *Frilingos* (b) ſeu *liberos*, ac in ſeruos. *Frilazzi* (c) vocabantur, qui, e conditione ſeruili eluctati, ſeſe in libertatem adſeruerant. Hoſce Romani vocabant *libertos* et *manumiſſos*, eosque honoratiori habebant in loco, quam Germani facere conſueuerant. *Frilingi* ſeu *ingenui liberive* tenebant agros, ab exactionibus immunes, quos *huobas ingenuiles* et *manſus* (d) vocare moris erat. Manſus (e) complectebatur tot agrorum numerum, vt *manſio* ſeu *domus* eſſet ad eos colendos in proximo adiungenda. Ex *manſione* eiusmodi eſt Gallorum ſeu Francorum *maiſon*. Domus eiusmodi paſſim erant locatae ad ſingulos manſus, donec metus belli, incendia et commoditas ſuaſerunt, vt propius habitare ſit coeptum. Haec eſt origo villarum, der Dörfer. Duces bellici ex Frilingis (f) quoque ſumebantur, quippe qui, ſimulac armis geſtandis habiles publice declarati erant,

(a) *NITHARDVS* L. IV. de *diſſens. filiorum Ludouici Pii* p. 105. *FRESNII gloſſarium latinum* To. I. p. 58. ſqq. *IOHANNES GEORGIVS ESTOR* in *Commentar.* de *Miniſterialibus* c. V. §. 258. p. 331. ſqq.
(b) *FRESNII gloſſarium* To. II. p. 604.
(c) *NITHARDVS* l. c. habet Adelingos et Frilingos. *Frilazzi* occurrunt apud *STEPHANVM BALVZIVM* To. I. *Capitularium Caroli M.* p. 115. Vide *FRESNIVM* To. II. p. 604.
(d) *FRESNE* in Vocibus *Ingenuus* et *Manſus*, To. II. p. 74. 434.
(e) De *manſo* videantur *LVDOVICVS ANTONIVS MVRATORIVS delle Antichità Eſtenſi et Italiane* P. I. p. 4. et 366. *IOACHIMVS POTGIESERVS* de *conditione ac ſtatu ſeruorum Germaniae* p. 116. *ESTOR* l. c. c. 2. §. 70. p. 99. ſqq.
(f) *TACITVS* de Germ. c. 7. *Reges ex NOBILITATE; duces ex virtute ſumunt.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

erant, in comitiis comparebant. (g) *Libertorum* vero *in domo raro momentum erat aliquod, raro* (h) *in ciuitate.* Vt Frilingi ab hiſce diſtinguerentur, in legibus Longobardicis vocati ſunt *fulfreiales* i. e. *plene liberi*, quaſi *frilazzi* ad plenam libertatem nondum adſpiraſſent. *TACITVS* conciſe: *Liberti non multum ſupra ſeruos ſunt.*

§. II.

Ingenuis ſuperiores, quantum ad dignitatem adtinet, erant *Adelingi.* Qui nunc Electores, Duces, Comites ac Nobiles Domini vocantur, ſub vna Adelingorum et Nobilium voce olim latebant. Ex *nobilitate* Germani ſuos creabant Reges temporarios; ac ſaepius Duces bellicos ſibi inde adſciſcebant. Supremi Francicae (i) ac Saxonicae (k) gentis proceres ad vnum omnes *Adelingi* vocitati. *Ot* pretioſum quoduis notabat. Vnde eſt *kleinod* i. e. *exiguum* quiddam, quod *pretioſum* eſt. *Feod* i. e. *bonum* in *mercedem* et *alimoniam* datum, ex eadem originatione deſcendit. (l) Reges ſuos antiqui in pretioſiſſimis habuerunt. Quare eos in primis vocarunt *edel.* Ex hiſce natos vel eis ſimiles adpellarunt *edelinc* et *adeling*, ſiquidem *ling* filium ad *ſimilem* (m) notat. Quare ei, qui a Regibus ſunt proximi, paſſim medio aeuo adpellantur *nobiles*, verbi gratia, *Duces,* (n) *Comites* (o) ac *Domini* (p) plene liberi, qui allodia, neminis iuriſdictioni obnoxia, tenebant. Proceres Saxonum, quibuscum Carolus Magnus pacem in *Selza* ſeu *Salzburgo* pepigit, (q) conſtiterunt ex *nobilitate.* Supra hanc enim nulla penes Saxones erat dignitas. Hiſce commune inerat odium erga Monarchas et Reges. Notum eſt Aticonis Welfici odium, in filium (*) eo conceptum nomine, quod hic ab affine Imperatore poſſeſſiones loco beneficii ſuſceperat. Tandem ipſi iugum Carolingorum ſubierunt. Primaria eorum primo dignitas, ad quam euehebantur, erat *Comitum,* qui quoque *Duces* adpellabantur. Medio ſaeculo IX Duces natos (**) ſuos ſuae dignitati ſenſim admouerunt. Id tamen magis ex gratia, quam de iure fieri ſolebat. Conradus II Comitibus dignitates ſanxit hereditarias (r) eique priuilegio Lotharius Saxo et robur et acceſſionem dedit. (s) Facile igitur patet, nobiles noſtrae aetatis vix cum ingenuis veterum Germanorum comparari poſſe, eosque, qui ſtirpe vetuſtiſſima gaudent, ortos eſſe ex *miniſterialibus*, niſi *Comitatum* progenitores ipſorum ex neceſſitate in feudum obtulerint potentioribus. Rariſſimi hi ſunt nobiles, quorum progenitores olim inter *Comites* eminuerunt.

(g) *TACITVS* l. c. c. 13.

(h) Idem *TACITVS* l. c. c. 25.

(i) *PAVLVS WARNEFRIDVS* de *geſtis Longobardorum* L. I. c. 14. *GODEFRIDVS Viterbienſis* in *Chronic.* ad. a. 776. p. 84.

(k) *ADAMVS BREMENSIS Hiſt. eccl.* L. I. c. 5.

(l) *SPELMANNVS* in *Gloſſario* p. 216. Plures etymologias exhibet *IOHANNES GVILIELMVS GOEBEL* in Diſſ. de *Feudis extra curtem* Sect. I. §. 2. - - 6. p. 6. ſqq. Diſplicet etymologia ex *fuden* i. e. futtern, *paſcendo, alendo.* Veteres enim ſemper ſcripſerunt *feodum* et *infeodare.* Monuit ante me eadem D. Caſpar Achatius *BECK* in Diſſ. de *Paribus reipublicae miniſtri et Vaſalli iuribus* c. II. §. 15. p. 21. ſqq.

(m) *Georgius HICKES* in *Grammatica Franco-Theotiſca* in theſauro linguarum ſeptentrionalium To. I. p. 14.

(n) *ESTOR* de *Miniſterialibus* c. V. §. 267. ſq. p. 344. ſqq. *EKKEHARDVS* de *caſibus monaſterii S. Galli* c. 1. p. 18.

(o) Sifridus Comes Northemenſis vocat progenitores ſuos, inter quos fuerat Dux Otto, *nobiles*, in diplomate ad a. 1141, quod ſupra dedimus p. 707. *ESTOR* de *Miniſterialibus* c. 5. p. 360. ſqq.

(p) Vide Diploma Friderici de Dorſtat p. 801. *MEIERVS* ad *LETZNERI Antiqq. Pleſſenſes* p. 202.

(q) *POETA SAXO* ad a. 803. p. 153. To. I. Leibn.

(*) *ANNALISTA SAXO* apud *ECCARDVM* To. I. *Corporis hiſtorici med. aeui* p. 659.

(**) *THEGANVS* de Geſtis Ludouici Imp. C. XIX. *Hic in tantum largus - - vt villas regias, quae erant ſui et aui et triſaui, fidelibus ſuis tradiderit in poſſesſiones ſempiternas, et praecepta conſtruxerit, et annuli ſui impresſione manu propria roborauerit.* Conf. Adnotationes ad *HISTOIRE* de l' Empire par Mſr. Heis L. I. c. 2. p. 29. ſqq. ed. Amſterd. 1733. 8.

(r) *WIPPO* in Vita Conradi II p. 430. *Hic vt militum animos ſibi deuinciret, non ſuſtinuit, antiqua parentum beneficia vlli poſterorum auferri, eaque re militum animos admodum ſibi conciliauit.* Conſtitutio habetur ipſa in legibus Longobardorum L. III. tit. 8.

(s) Hunc enim Lotharium deſignari *Lib. I. Feud.* XIX. *in princip.* & §. 1. docti dudum agnouerunt. Honoris gratia nomino D. *Caſp. Achatium BECK* in Diſſ. de *Paribus reipublicae miniſtri et Vaſalli iuribus* c. III. §. 17. p. 66. Suſpecta videtur conſtitutio, eo quod Lothario primo adtribui nequeat; nihilo tamen ſecius Eugenii Papae in ea fit mentio, qui Lotharii Saxonis aetatem non adtigit. Videatur autem *CVIACIVS* ad L. I. tit. 17. *feud.* p. 86. ſqq.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nuerunt. Hiſce adnumero tamen merito et iure *nobiles de Steinberge in Bodenburg* et pauciſſimos alios.

§. III.

FRILINGI ſeu liberi praeponuntur miniſterialibus. Diplomati Hildeshemenſis Bernhardi a. 1146. ſubſcripſerunt *multi alii liberi et miniſteriales diuerſarum eccleſiarum.* Sic enim legendum eſt ſupra p. 710. Ipſi poterant tamen miniſterialium munia bellica obire. Nam apud *ANDREAM PRESBYTERVM* (t) *liber quidam, etiam dictus de Lapide miniſterialis*, occurrit. Nec tamen omnibus illa licentia obtigit. In aulis verſari non ſolebant ob mores minus compoſitos. Quare ſolebant equis operam dare et caſtra ſequi. Cognomen ipſis quoque impoſitum, vt *leudes* et *homines* dicerentur. Ipſi enim *hominium* ſeu iusiurandum fidelitatis nuncupabant ſuperioribus; miniſterialibus, ni manumiſſi forent, id non licebat. (u) Vocantur *gudmanni, manni, boni homines, gute knechte, frye denſtbeden.* (x) Horum partem vbique Henricus Auceps in vrbes coire iuſſit eorumque ditiores vocati ſunt patricii. Quare patriciorum Germanicorum ortus eſt longe excellentior, quam eorum nobilium, quorum progenitores exſtiterunt miniſteriales.

§. IV.

Ludolfus eccleſiae a ſeſe conſtructae donauit nonnullos marcus et in eis *mancipia quoque diuerſi generis vel conditionis.* (y) Seruos Germani ligabant, vendebant, in commercio habebant, quos infima conditio obſtringebat. Tolerabilioris erant conditionis, quorum miniſteriis ingenui vtebantur, non per familias ipſorum, ſed ea lege, vt ipſi ſerui ſeparatim ſedes haberent et penates ſuos propriosve regerent. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut veſtis, vt colono, iniungebat. Ex hiſce enati ſunt miniſteriales. Verberare ſeruum, ac vinculis et opere coërcere, rarum. Impune erat facinus, ſi quis ſeruum per impetum et iram occidiſſet. (z) Infimum itaque ſeruorum genus inſeruiit commerciis et libidini vendentium: ſecundum ceſſit operi ingenuorum et nobilium curando, ſed in habitationibus ſeparatis: tertium genus, ex ſecundo ſelectum, ſeruis colonis praefuit, et ipſum quidem praedio fuit adſtrictum, in commercio exſtitit, ad libertatem nonniſi manumiſſione peruenit; ſed potuit tamen teſtimonium in rebus grauiſſimis perhibere ac ſenſim ad cingulum adſpirare, vnde poſtea *miles* dici coepit. Habes hic *miniſterialem.*

§. V.

Per naturam ſinguli hominum ſunt aequali inuicem iure. Adfectus et cupiditates dominae inaequalitatem induxerunt nimiam, quam mentes hominum moratae et in dies excultae ſenſim ad ordinem commodiorem redigunt. Rixae et diſſidia in cauſa fuerunt, vt periculum virium Saxones vetuſti fecerint. Euentus in eo conſtitit, vt infirmior libertatem amitteret. Bella multos quoque reddiderunt ſeruos. Victis enim, arbitrio victoris ſeſe permittentibus, vires vehementer ſunt inciſae, eisque, queis furor et arma pepercerunt, conditio ſeruilis adſignata. Saxones in nullas gentes ardentiorem conceperunt iram, quam in Slavos et Venedos, infeſtiſſimos quippe Germanorum hoſtes. Hoſce vbi deuicerant, in infimam ſeruitutis conſtringebant conditionem. Mancipia enim teterrima et viliſſima inde vocari coeperunt *Slaven, Vkerwenders* &c. Siqui peregrini ignobiles adueniebant, eos pro *feris* habebant capiebantque ad modum *ferarum.* Vnde nomen ſeruis hiſce *wildfange.* Peregrinum Saxones vocabant *Ele* et *Eleve.* Quicquid inſolens et peregrinum eſt, noſtri adhuc vocant *elviſch.* Quum igitur peregrini et ſerui re ipſa non differrent, ſerui quoque dicti ſunt *Albini.* (a) Peregrinus ille ſtatus et commoratio extra patriam dicebantur *elende*, a peregrinis finibus. Circa Gandershemium inſignis multitudo peregrinorum conſedit. Adparet id ex villae *Elveligrot* et oppidi *Elvirot* cognominibus. Ludolfus iam poſſedit marcum integrum *Elveligerodenſem*,

(t) In *Chronico Bauariae* p. 84. Ita in *TRADIT. FVLD.* 634. p. 266. *Hecelindus* dicitur *miniſterialis eccleſiae*, ad a. 1140, ſimulque *Fuldenſis ciuitatis indigena ſatis nobilis et ingenuus.*
(u) Vide ſupra *DIPLOMA* ad a. 1290. p. 789.
(x) *ESTOR* de *Miniſterialibus* c. V. §. 265. p. 341. ſqq. Dicuntur etiam *viri liberae conditionis* in Tradit. Fuld. 627. apud *SCHANNATVM* p. 263.
(y) Vide ſupra p. 48. lin. 1.
(z) *TACITVS* de *Germania* c. 24. 25.
(a) *Albini* enim liberis hominibus opponuntur in *Charta* 954. apud *SAMMARTHANOS* To. I. *Galliae chriſtianae* p. 415. Conf. I. G. *WACHTERI Gloſſarium* p. 124.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

denſem, qui vocabatur *Alvungamarcus*, ex *elve*, peregrinus, *enge*, anguſtia, et *marcu* i. e. tractu foſſis circumſcripto. Foſſas eiusmodi vocabant *landweeren*, et, vbi per ſiluas continuabantur, *knicke*. *Elvingerode* ſeu *Elbigerode* ſimili gaudet originatione. *Alveldae* nomen non abludit. Carolus enim Magnus ex hiſce oris multitudinem colonorum abripuit et in Gallias transduxit, ac loco eorum viliſſimos quosque ex Francis genitos repoſuit. (b) Francis hiſce id honoris datum ab Imperatoribus Franconicis, vt Abbatiſſae ſingularem tenerent monetam reſpectu Alvungamarcus. Succurrit quoque alius modus in ſeruitutem delabendi, Germanis omnibus olim communis. *TACITVS* de eo diſſerit (c) in hunc modum: *Aleam, quod mirere, ſobrii inter ſeria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, vt, cum omnia defecerunt, extremo ac nouiſſimo iactu de libertate et de corpore contendant. Victus voluntariam ſeruitutem adit; quamuis iunior, quamuis robuſtior, alligari ſe ac venire patitur. ea eſt in re praua peruicacia. ipſi fidem vocant. Seruos conditionis huius per commercia tradunt, vt ſe quoque pudore victoriae exſoluant.* Superſtitio quoque genuit ſeruos. Qui enim grauiter in Deum peccauerant et acerbitatem criminis ſentiebant, vel gloriam perfectionis aucupabantur, hi ſeſe ſolebant eccleſiis loco ſeruorum offerre. Ea mente ad templum coenobiale et primarium Gandershemenſe confluxerunt accolae, vt fierent eccleſiae lithones et ſerui. Ab hoc nexu demum ſaeculo XIV ſunt exſoluti. Abbatiſſa tamen ſibi et ſucceſſuris tum reſeruauit *nummum ſanguinis*, *Bluhtpenni*, quotannis pendendum, vt memoria exſtet, oppidanos quondam vitam et ſanguinem eccleſiae deuouiſſe. Homines liberi ſaepiſſime ſeſe faciebant mancipia eccleſiae, partim vt tutelam obtinerent, partim vt leuiſſimo cenſu ſoluendo ignauiae ſuae conſulerent. Homo enim, qui erat eccleſiae mancipium, quotannis aliquot denarios ad altare quoddam ſoluebat, et de cetero ab omnibus reliquis exactionibus erat vacuus. Exemplum exſtat apud *SCHANNATVM* in *Tradit. Fuldenſ.* n. 616. (d) vbi perhibetur, quod Bertha femina libera, vt potuerit eam vir ſuus indotare bonis eccleſiae Fuldenſis, ſe libertate ſua exuerit et fecerit ſe ipſa mancipium eccleſiae, *delegans ſe propria manu ad altare S. Bonifacii Martyris*, ea conditione, vt, quamdiu ipſa viveret, *duos denarios* pro recognoſcenda iuſtitia ſua et *pro tutela*, quam volebat ab eccleſia habere, ad altare dicti Martyris in Feſto Paſſionis eius, quotannis perſolueret, et illa mortua, quisquis de ſtirpe ipſius isque cuiuslibet ſexus, qui maior natu fuerit, in praedicto cenſu matri ſuccederet, aliis interim a cenſu vacantibus, et, quamdiu hunc modum obſeruaſſent, et eccleſiae illi iuſtitiam exhibuiſſent, vbicunque locorum voluerint, habitent, et nulli hominum praeterquam Fuldenſi eccleſiae aliquid debeant nec vllus poſterorum eos inbeneficiet." Retinui verba ipſa maximam partem. Si nobiles et principes ſeſe eccleſiae in ſervitium addixerunt, ſtatum ipſum ſeruilem (*) non ſubierunt, ſed praeſtationem aliquam anniuerſariam per ſuos exhibuerunt, vel cenſu penſarunt. Fuerunt quoque, qui, e carcere profugi et criminum rei, funem campanarium templi coenobialis adripuerunt ac collo circumdederunt, ſeu in altare (e) confugerunt, eo ritu profeſſi, ſe ſeruos fore eccleſiae. c ſaepius ſeruarunt vitam ob ius aſyli impetratum. Seruos eccleſiae praeterea conſtituit fundatio et dotatio. Nam prædia et loca, eccleſiis tradita, ſequebantur mancipia, in locis illis obuia, ſiquidem ſerui alienabantur et donabantur, alienato vel donato praedio, cui erant innexi.

§. VI.

Miniſteriales non fuerunt eiusdem conditionis et iuris. Idcirco eam de ipſis definitionem tradere oportet, qua contineri atque determinari poſſint ei omnes, qui eo nomine vſi ſunt. *Miniſterialis* itaque dictus fuit iſte, qui officia praeſtitit ei, a quo vel defenſionem vel poſſeſſionis vſumfructum loco mercedis capiebat. Officia illa fuerunt vel *honoraria* vel *militaria* vel *ad agriculturam ſpectantia*. Officia honoraria illa ſunt diuerſa pro diuerſitate illorum, quibus exhibebantur. Alia enim ſunt officia, quae ſummo Impe-

(b) *EGINHARDVS* c. VII. Et ad a. 793. *ANNALES Lambeciani* et *Hildesheimenſes*, nec non ad a. 803. *ANNALES Francici* apud Lambecium et Laurishamenſes.

(c) De *Germ.* c. 24.

(d) Pag. 258.

(*) Ita *Berthous de Brusloben* in Tradit. Fuld. 625. p. 262. dicitur *nobilis*, et nihilominus *eccleſiae* Fuldenſis *miniſterialis*.

(e) *VOIGTI Thyſiaſteriologia* c. XVII. p. 275. ſqq. Nonnunquam innocentes quoque et pii fune campanae ceruicibus ſuis iniecto, ſeſe ſeruos eccleſiae fore, teſtati ſunt. *CAESARIVS Heiſterbac.* de *Miraculis* L. VII. c. 39.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ratori vel Regi praeſtanda ſunt; alia ſunt, quae Principi, qui Regi ſeu Imperatori paret, exhibere decet. Hi miniſteriales nequaquam exſtiterunt vel ſunt conditionis ſeruilis, licet voce generali dicantur *praeſtare ſeruitia* et *famulari*. *MINISTERIALES* hoſce voco *honorarios*, eosque diuido in *miniſteriales regni*, et in *miniſteriales Principum* ac *Procerum imperii*. Quis enim ignorat, Duces ſummos Regibus et Imperatoribus praeſtitiſſe miniſteria *mareſchalli*, *pincernae*, *dapiferi*, *camerarii*, *venatoris*, *notarii?* Mores Regum imitati ſunt Principes, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, et Abbatiſſae. Ad militaria officia praecipue ſeſe eccleſiis obtulerunt *nobiles* et *ingenui*, atque ſeſe *miniſterialium* nomine, per ſuperſtitionem expetito, delectarunt. Vt enim hoc nomen impetrarent, bona hereditaria ſua offerebant patrono eccleſiae, et memoriam ſui ſuorumque in Miſſis ac deprecationibus pro defunctis fieri geſtiebant. (f) Nec tamen ſingula bona in nexum obtinendae miniſterialitatis deuouebant hi viri boni et ſimplices. Nam exſtant permulta exempla, miniſterialibus eiusmodi bona quoque propria fuiſſe. (g) Erant quoque nonnulli, qui *praedia* et *beneficia totius commodi ſui* ab eccleſia tenebant, eum quippe in finem oblata. (h) Hoſce miniſteriales eccleſiae fuiſſe eiusdem commatis, adfirmandum non eſt. Nam alii erant *nobiles*; alii *ingenui*; alii ſtricte ſic dicti *miniſteriales*. Videor nonnullis inſolita fortaſſis propugnare. Sed, hanc diſtinctionem fide diplomatum ſuſtineri, facili negotio poteſt oſtendi. Etenim in miniſterialibus eccleſiae Fuldenſis numeratur *vir nobilis* et *religioſus Gerlahus*, *filius Ermenoldi de Sliteſe*. (i) Pater vocatur *eccleſiae miniſterialis*, *ſat diues et ingenuus*. (k) Rudolfus *ex nobili miniſterialium proſapia genitus* (l) *et alitus*, eccleſiae Wirciburgenſis Canonicus fuit. Addo huic *Berthoum de Bruslohen*, *nobilem*, *eccleſiae Fuldenſis miniſterialem*, (m) aliumque miniſterialem, *nobilem et ingenuum*. (n) Qualis a. 1145. erat miniſterialis eccleſiae Fuldenſis, qui fratres ſuos inſtituebat. heredes ac mancipia ipſe poſſidebat. (o) *Miles de Sconerſleti* in Thuringia erat *miniſterialis eccleſiae* Fuldenſis, et nihilo ſecius *de nobili progenie oriundus*. (p) Video quoque praeter illam iam commemoratam rationem in promtu eſſe aliam, cur videlicet ingenui et nobiles miniſterialitatis nexum quaeſiuerint. Dum enim recordor, dignitates illas, quae nobilitatem dabant, ſub Carolidis primo annuas tantum, deinceps ad vitæ tempus determinatas fuiſſe; facile in eam ingredior ſententiam, nobiles neceſſitate compulſos fuiſſe ad nexum miniſterialitatis ſuſcipiendum. Circumſpicere enim oportebat tutelam et defenſionis neceſſariae modulos. Eam ob cauſſam *nobiles de Weſterhove*, Comites olim per Augawi, redditi ſunt vaſalli et miniſteriales Ducum Brunsuicenſium. Simili ex ratione *Walmodii* et *Steinbergii* nobilitatem genuinae antiquitatis permutarunt nobili miniſterialitate, et, honore inuiolato, ſeſe Epiſcopis Hildeshemenſibus ad nexum miniſterialitatis ſuſcipiendum obtulerunt. Mallem, haec fuiſſe magis diſtincta a Celeberrimo *IOANNE GEORGIO ESTORE* in *commentariis de Miniſterialibus*, anno 1727 Argentorati in forma quarta emiſſis. Ratione miniſterialium eccleſiae haec quidem non (q) negligit. Sed eadem quoque de multis Principum miniſterialibus (*) valent. Ad militares eccleſiarum et Principum miniſteriales referendi ſunt illi etiam, qui pro Eccleſiae Principisve ſalute tuenda armis ſeſe induebant, vt mutua tegerentur eaque potentiori defenſione; de cetero autem ab Eccleſia vel Principe nullum praedium vel beneficium, *feodum* dicunt, tenebant. Hoc enim reſpectu miniſteriales differunt a vaſallis, et a feodatis *infeodati* i.e. feudo non deuincti; immo ab *infeudatis* i.e. feuda nactis diſtinguuntur miniſteriales. (r) Vaſalli igitur ſaepe internoſcendi ſunt a miniſterialibus.

(f) Exemplum habes in *SCHANNATI Tradit. Fuldenſ.* 638. p. 267.
(g) Ibidem *trad.* 643. p. 269. *trad.* 628. p. 263.
(h) Ibidem *trad.* 641. p. 268.
(i) Ibidem *trad.* 626. p. 262.
(k) Ibidem p. 261.
(l) Ibidem *trad.* 629. p. 263.
(m) *Ibidem* p. 262. 270.
(n) Ibidem *trad.* 634. p. 266.
(o) Ibidem p. 267.
(p) Ibidem *trad.* 639. p. 267.
(q) Cap. V. p. 447. ſqq.
(*) Praecipue haec valent de miniſterialibus Auſtriae.
(r) Accurate hoc oſtendit *Adamus FRIDERICVS GLAFEY* in *commentatione hiſtorica de vera quondam miniſterialium indole* L. I. c. 3. §. 5. p. 122. ſqq. Pauca habet *ESTOR de Miniſterialibus* c. VI. §. 211. p. 439. Diſtinctionem hanc non percepit D. *Caſpar Achatius BECK* in Diſſ. de *Paribus reipublicae miniſtri et vaſalli iuribus* c. 2. §. 6. p. 15.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

libus. Interdum praeponuntur miniſteriales vaſallis, vt intelligas, *ingenuos* et *nobiles* miniſteriales olim quoque Principibus Ducibusque fuiſſe. Quis enim, dapiferos et pincernas, mareſchallos et camerarios Ducum ex infimis miniſterialium ſubſelliis fuiſſe, exiſtimare auſit? Quis arbitrabitur, Dapiferi vnius filios complures, ſeniori excepto, relapſos fuiſſe ad infimum miniſterialitatis gradum? Diſtinguo tandem miniſteriales, quorum officia fuerunt militaria, ab eis, quorum miniſterio terra fuit exculta. Miniſteriales eccleſiae Ganderſemenſis maxima ex parte fuerunt *nobiles*: et ipſorum munus ac partes requirebant, vt iura et poſſeſſiones eccleſiae defenderent, et Abbatiſſis conſilio ac auxilio ſuccurrerent. Hoc totidem verbis oſtendit *INNOCENTIVS* III in litteris bullatis, ad annum 1210 datis. (s) Quales hoſce Ludolfus tenuit, tales eos eccleſiae, a ſeſe exſtructae, obtulit, vti Innocentius docet. Quid igitur veroſimilius, quam Ludolfum iam tenuiſſe miniſteriales *ingenuos* et *nobiles* ſua ſub poteſtate? Manet tamen id quoque certum, hoſce a nexu obſtrictiori immunes non fuiſſe. Qualis vero is fuerit, diſtinctius exponemus §. 16.

§. VII.

Miniſteriales regni voco primi generis. Ei fuerunt vel politici vel eccleſiaſtici. Ad politicos refero Mareſchallum, Dapiferum, Pincernam, Camerarium, Vexilliferum, Venatorem, Janitorem Regni vel Imperii. Horum officia hereditaria reſpiciunt Regem vel Imperatorem, ſummique ſunt honoris plena, coniuncta cum nexu fidelitatis feudali. Marſchalcus ſeu Marſchallus dicitur ex *Mar*, equo, et *ſchalck*, miniſtro, ſeruo. Originationem hanc eſſe veram, patet ex adpellatione, qua eidem dominantur *Comites ſtabuli* et contracte *Conſtabiles*, *Connetables*, *ſtabulatores*, praepoſiti equorum principalium. Fuerunt ipſi ſaepius praefecti ordinis equeſtris ac locandorum caſtrorum, immo ordinis in aula obſeruandi. Officium conſtitit in equis ordinandis, hoſpitibus ad menſam Principum ordine locandis, curanda tranquillitate publica et iure miniſterialibus Principum dicundo. Alicubi virgam ſeu baculum eminentem ornatumque Mareſchallus praefert: alicubi praefert ſtrictum gladium et ſilentium in aula imponit, quoties oriuntur rixae. *DAPIFERI* nomen antiquum *Seneſchallus*, (*) et *Drotzet*, ſeu *Droſte*, *Truchſes*. *Drotzet* dicitur ex *truth* et *thruthin* i. e. Dominus et *ſetten*, quaſi *a Domino poſitus*. (t) Officium idem quod Maioris Domus, nempe curare Principum res domeſticas, coquinaria, menſamque Principis, diebus ſolemnioribus cibos menſae imponere et adminiſtrare reditus. (u) Hoſce excipiunt merito *PINCERNAE*, qui alias adpellantur *pocillatores*, *buticularii*, *botellerii*, *pintrici*, *magiſtri pincernarum*, *Comites ſcanziarum*, *butigals*. Vox *ſanzia* eſt ex Germanica *Schencke*. Butigularius dicitur ex *butigula*, *bouteille*, id eſt, a vaſe minori, quod vinum continet. Vas quodvis rotundum noſtri vocant *budde*, *büdde*, *buthe*. Inde eſt diminutiuum *büddelein*, quod retinuerunt Franci et conuerterunt in *butelje*. Dignatio pincernarum patet ex eo, quod Imperatorum Principumque diplomatibus condendis teſtes adſtiterint. Officium eorum conſtitit in cura potus, in primis vini, gerenda. Ils *avoient ſoin des bouteilles*, *c'eſt à dire*, *du boire du Prince*. *CAMERARIVS* a *camera* i. e. aerario dictus, curabat olim theſaurum Principis ſeu Regis, ac cimelia, qualia erant ornamenta capitis, corporisque, et arma. *HINCMARVS* epiſt. XIV. c. 16. de Ludouico Pio: *Per hos miniſtros ſacrum palatium diſponebatur, per camerarium videlicet, comitem palatii, ſeneſchallum, buticularium, comitem ſtabuli.* Ex quo teſtimonio pateſcit, ordinem horum honoratiſſimorum miniſterialium non fuiſſe ſemper eumdem. *OTTONES* et nonnulli ſucceſſorum pro diuerſitate locorum diuerſos habuerunt eiusmodi miniſtros. Dabimus vnum et alterum teſtimonium, vnde id dilucere poſſit. *DITMARVS* L. IV. p. 349. haec de Ottone III: *Celebrata proxima Paſchalis ſolennitas in Quidilingeburg a Rege, vbi quatuor miniſtrabant Duces, Henricus ad menſam, Conradus ad cameram, Hecil ad cellarium, Bernhardus equis praefuit. Hic etiam Bolizlaus et Miſeco cum ſuis conueniunt.* *WIPPO* de Vita Chunradi Salici p. 428. *Huic ſincerius et libentius iurando omnes* Epiſcopi, Duces et reliqui Principes *ſubiiciebantur. Similiter in diſpoſitione curiali, quem Rex maiorem domus ſtatueret, quos cubiculariorum magiſtros, quos infertores*

(s) Quas ſupra adtuli p. 748. n. 10.

(*) De Seneſchallo ſeu Sescallo adtulit non vulgaria M. de *VALBONNAYS* in libro: *Hiſtoire de Dauphine*. Vide *Iournal des Sçavans* 1729. M. Mai p. 45. et *FRESNIVM* To. III. *Gloſſ. latini* p. 884. ſqq.

(t) I. G. *ECCARD* in *Notis ad Catecheſin theotiſcam* p. 130. ſqq. *ESTOR* de *Miniſterialibus* p. 47. ſqq.

(u) *MEIBOMIVS* ad *Chronicon Marcanum* p. 417. To. II. rer. Germ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fertores (i.e. dapiferos) *et pincernas et reliquos officiarios ordinaret, diu non eſt ſuperſedendum.* Diuerſi ſcilicet fuerunt miniſteriales aulae, et prouinciae, a miniſterialibus regni. *WIPPO* de miniſterialibus, aulae (x) adfixis, diſſerit; *DITMARVS* de miniſterialibus regni. Quum Germania e Ducatibus quinque conſtaret, vnus Ducum erat Rex et reliqui quatuor Ducatum vna cum *officio* Palatino ſeu *regni* gerebant, perceptis eo nomine Ducatus reditibus anniuerſariis. Ottonis Magni, Ducis Saxoniae antea, *camerarius* erat Giſelbertus, Dux Lotharingiae; *Dapifer* Eberhardus, Dux Franconiae; *Pincerna*, Hermannus Dux Alemanniae; *Mareſchallus* Arnolfus, Dux Bavariae. (y) Locus ipſe Witichindi eſt huiusmodi: *Diuina laude dicta ſacrificioque ſolemniter celebrato, deſcendebat Rex ad Palatium, et accedens ad menſam marmoream, regio apparatu ornatam, reſedit cum Pontificibus et omni Populo; Duces vero miniſtrabant. Lothariorum Dux Giſelbertus, ad cuius poteſtatem locus ille pertinebat, omnia procurabat.* Heic habes officium Camerarii. *Everhardus menſae praeerat: Herimannus Franco* (*) *pincernis: Arnulfus equeſtri ordini et eligendis locandisque caſtris praeerat.* Egregie hinc ſingulorum officia elucent. Senſim Principes extulerunt caput, imperantibus Henricis, et anſam dederunt creandis ſubofficialibus. Sub Romanis miniſteria eiusmodi iam fuerunt nota, ſi praefectus praetorio confertur cum mareſchallo: praepoſitus ſacri cubiculi comparatur cum camerario ſeu cubiculariorum magiſtro: praeguſtatores et pincernae, qui ſub comite caſtrenſi erant, conferuntur cum dapiferis et pincernis. (z) Byzantini Imperatores ſplendorem adminiſtrorum talium auxerunt. Eos imitati Francorum Reges morem infuderunt Germaniae. Licet vero haec officia et miniſteria quatuor fuerint notiſſima et plerumque coniungantur; exſtiterunt tamen praeterea alii adminiſtri, videlicet *Advocati, Venatores, ianitores, falconarii* etc. Miniſteriales eccleſiae Gandershemenſis ad a. 1148 in Diplomate Liutgardae hi recenſentur: *Walterus aduocatus, Burchardus Camerarius, Theodoricus Dapifer, Heinfridus Pincerna.* Habuerunt quoque Imperatores in caſtellis vrbium imperialium aduocatos ſuos et Comites. Superſunt tales, de caſtello Friedbergenſi denominati. *WOLTERVS* in Chronico Bremenſi (aa) haec habet, neſcio an penitus adprobanda: *Coepit Henricus II Imperator ciuitatem conſtruere Goslarienſem ex paruo molendino et domo venationis ſuae: et confirmauit illic Comitem de Wernigerode in piſcatorem ſuum in partibus Saxoniae, Comitem de Spegelberg in venatorem, et fecit ibidem officia caetera.* In Abbatum miniſterialibus plerumque exſtare venatorem, exemplis docuit *PFEFFINGERVS.* (bb) Rudolfus Dux Auſtriae a. 1358. officium venatoris honorarium in Auſtria renouauit. (cc) Fridericus II Regi Tartariae, Germaniam infeſtanti et miniſterium eiusmodi eminens ſibi expetenti, per iocum obtulit munia captantis falcones. A Regibus et Imperatoribus eumdem morem habendi miniſteriales honorarios acceperunt Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates et Abbatiſſae. Saeculo XI *BEATRIX* Abbatiſſa, ex Imperatore Franconico orta, bona eccleſiae dedit militibus in beneficium eosque in Abbatia conſtituit. Reges et Imperatores porro praeter miniſteriales regni et imperii politicos conſtituerunt quoque miniſteriales eccleſiaſticos, Archicapellanos, Archicancellarios, Cancellarios ſeu Notarios, et Capellanos. Archicapellani et Archicancellarii ſaeculo IX et X ineunte nonnunquam fuerunt diuerſi. Poſtea dignitas vtraque cohaeſit. Vbi de *ſigillis Imperatorum* egimus, Archicancellarios recenſuimus. Adpellatio capellanorum et archicapellanorum deriuatur (dd) ex *capa, cappa, cappella,* ſpecie veſtis, a fronte et tergo conſutae, cui ineſt ſuprà orificium

pro

(x) *OTTO* Friſingenſis Chron. L. VII. c. 8. de eisdem: A. 1104. *Henricus Imperator natalem Domini Ratisbonae agit cum filio ſuo. Ibi Sigehardus Comes a familia* (i. e. familiaris, domeſticus) *Principum, qui dicuntur miniſteriales, occiditur.*

(y) *WITICHINDVS Ann.* L. II. p. 643. To. I. Meibom.

(*) Mareſchallatus poſthaec adhaeſit tandem Ducatui Sueuiae. *CONRADVS* IV, apud I. P. de *LVDEWIG* de *praerogatiuis Wirtembergici Ducatus* p. 6. dicit: *Comiti Vlrico de Wirtemberg officium et omne ius Mareſchalli, quod ad noſtrum Ducatum per omnem Sueuiam pertinere dinoſcitur, contulimus.*

(z) Sic ſtatuit vir Ill. *BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS* in *Iuris publici prudentia* Ed. 2. Ienae 1730. 8. c. IX. §. 13. p. 246. ſq.

(aa) Pag. 59. ſq. To. II. Meibom.

(bb) Ad Vitriarium To. II. p. 57.

(cc) I. P. de *LVDEWIG* To. IV. *diplomatum MStorum omnis aeui* p. 289.

(dd) *Antonius MATTHAEVS* ad *Annales Egmondanos* p. 169. *CHRONICA* S. Aegidii ad a. 1467. p. 598. To. III. Leibn. *Abbas huius monaſterii in CAPPA aurea et infula decoratus, copulauit filiam Ducis - - -* Cappas ſeu Dalmaticas deinde ſoli ſibi vindicabant Epiſcopi, ad minimum ornatiſſimas. Vide Dalmaticam Bernhardi in *tab.* X. fig. 1. et de ea commentantem Octauium Ferrarium in P. I. L. III. c. 9. p. 199. ſq. de *re veſtiaria.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pro capite immittendo. Noſtris notae ſunt die Sölterkappens, Hartzkappens. *Cappella S. Martini* adſeruabatur in uſum ſacramentorum intra pallatium regium penes Francos. Locus, vbi *cappella* eiusmodi includebatur, poſtea nomen obtinuit capellae. Qui veſtes illas adhibuerunt et in eis miniſtrarunt, dicti ſunt *capellani*. *LVITGARDA* III, Abbatiſſa Gandershemenſis, a. 1393 villam ſuam Bölshuſanam oppignorat *mit guden willen der Stichtscapellane Hern Iohan von Eyſtorpe, Herr Iohann Moddern vnd Hern Hermen Rotgker.* Abbatiſſa Canonicum infeudabat olim quemque *tradita cappa*. Qui enim Canonici iam dicuntur, proprie erant *capellani*, et a vicaria adminiſtratione cantus canonici, quem Canonicae ſolae peragere debuiſſent, ſenſim *Canonici* cognominari coeperunt. Summus Capellanorum erat Abbas Cluſinenſis, quem excipiebat Senior, et hunc Capellanus S. Michaëlis.

§. VIII.

Miniſteriales ſecundi generis fuerunt *nobiles* et *ingenui*, qui tum Principibus imperii, tum eccleſiis cathedralibus ac collegiatis principalibus officia, miniſterialibus ſummis debita, in ſolemnitatibus exhibuerunt. Ipſi non ſemper eodem ordine collocantur. Opinor, ſenii rationem fuiſſe habitam. Ipſi quoque officia *Miſſorum* (a) et *legatorum*, qualem *SOPHIA* I *a latere* habuit, explere debebant. Nonnulli horum erant ſimul *miniſteriales imperii*, in quos Princeps iudicium exercere non poterat. (b) Vocantur eam ob cauſſam *miniſteriales principales*. (c) Ipſi debebant eſſe *nobiles nati*. (d) Ipſorum erat, conſilio et auxilio Principi adeſſe. (e) Cibum capiebant ipſi ſolemnioribus diebus ad menſam miniſterialium Principis, Abbatis, Abbatiſſae. (f) Dignitas propagabatur in filium, natu maximum, (g) immo volente Principe, in generum eiusque progeniem. Praerogatiua gaudebant hi miniſteriales eiusmodi, vt ab Advocato non trahi poſſent ad iudicium, ſed a paribus curiae iudicarentur, quod Gandershemii luculenter edixit Abbatiſſa Adelheida V, (h) a. 1188.

§. IX.

Miniſteriales tertii generis extra hanc dignationem conſtituti, terras in beneficium traditas tuiti ſunt et uſum fructum ex eis perceperunt. Si bella inciderent, ipſorum erat, vexillum ſequi. *Famuli* erant armigeri militum et equos eorum cataphractos ad dextram ducebant, vocatos inde *dextrarios*. (i) Qui cingulum meruerant; vocabantur *milites*; (k) qui tamen rurſus gignebant famulos, (l) ſiquidem milites aeſtimabantur non ſanguine, ſed virtute et cingulo accepto. Quomodo miniſteriales hiet honoratiores eorum ad plenam nobilitatem peruenerint, intelligere et diſcere videtur omnino eſſe operae pretium.

IOANNES STVMPFIVS in der Schweizer Chronick 1548. Tiguri fol. L.IV. von Helvetia fol. 291. b.ſqq. ſic diſſerit de nobilitatis Helveticae origine:

Dieweyl aber Helvetia auch nach vertilckung der Römern, die Burgundiſchen und Franckrychiſchen Künig zu Herren gehebt, und dieſelbigen Künig bemelte landſchafft mit Hertzogen, das iſt Hauptleuten vnd Regierern versähen, vnd auch denn dieſelbigen ihre Comites, das iſt, Grauen oder Landrichter, gehebt habend: vnd söliche Wirdigkeiten mit der Zeyt ſind erblich worden. So haſt du dich nit mer zu uerwunderen wohär der Adel Helvetiae ſye erwachſen, dann do habend erſtlich die Hertzogen von Schwaben, nach Beſtatigung ires fürſtlichen ſtands, gehebt ire dienſtleut vnd Amptleut, die woltend alsdenn von iren Aemptern uud fürſtlichen dienſten geadelt ſeyn. Dann wohär kommend die Truchſaeſſen von Waldburg, dann aus denen ſo vor Zyten derſelbigen Fürſten Trugſaeſſen, vom Ampt geadelt geweſen, vnd darnach das ſelbig erblich empfangen habend: Alſo ſind entſprungen die Truchſaeſſen von Diedenhouen, die ſind erſtlich

Hh hh hh hh Truch-

(a) Id ex Capitulari Caroli M. probat *GLAFEY de miniſterialibus* L. I. c. 2. Sect. 1. §. 4. p. 52.
(b) *DIPLOMA* Friderici II apud *LVNIGIVM* in *Reichs-Archiv* P. S. C. II. Abtheil. IV. p. 3. *SPECVLVM Saxonicum* L. I. c. 46. n. 2. *DIPLOMA* Friderici apud *HVNDIVM* in *Metrop. Salisburg.* To. II. p. 407.
(c) *DIPLOMA* Ludouici Bauari ad a. 1329. apud *LVNIGIVM* l. c. Abth. VI. p. 108.
(d) Ibidem *BVLLA Innocentii* a. 1210.
(e) *GLAFEY* l. c. L. I. c. 1. ſect. 2. p. 34. ſqq.
(f) *Du FRESNE* Gloſſarium in voce *Miniſterialis*.
(g) *HVNDIVS* l. c. To. I. ad a. 1213. *GLAFEY* l. c. p. 43. ſqq.
(h) Supra p. 130.
(i) Du *FRESNE Gloſſ.* To. II. p. 73.
(k) *MONACHVS PEGAVIENSIS* in *Vita Wiperti Groicenſis* p. 2.
(l) *ESTOR* de *Miniſterialibus* c. VIII. §. 373. p. 530.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Truchſaeſſen geweſen der Grauen von Kyburg, vnd mit der Zeyt das Ampt erblich von jnen empfangen. Alſo auch die Truchſaeſſen von Rapperſchwyl von denſelbigen Grauen, etc. *Das aber ſölicher Adel erſtlich von dem Dienſt vnd Ampt entſprungen ſeye, gebend ire erſte Titel vnd nammen Zü, alſo: Erſtlich ward der Adel am Hof eines Fürſten oder Landgrauen in gemein genennt Miniſteriales, Diener oder dienſtleut. Inſonderheit aber einer Schenck, Pincerna oder Pocillator, vom einſchencken: der ander Truchſaes, das iſt fürtraeger, fürſchneider, oder Credenzer, der gut acht hat, das kein trug in dem aeſſen beſchaech, oder geübt wurde,* etc. *yeder nach ſeinen Ampt. Alldieweyl nun ein Schenck oder Truchſaes ſein Ampt nitt erblich empfangen hatt, ward er benennt nach ſeinem Herren dem er im Ampt dienet. Alſo find ich die Amptleut der Graven von Habſpurg in etlichen Inſtrumenten des Cloſters Wettingen (deren Datum ſtadt im Iar Chriſti* 1245.) *Diethelm Schenck von Habſpurg, Arnold Truchſaes von Habſpurg,* etc. *beide nach dem dienſt vnd dem Herren. So aber denn ſöliche Aempter erblich verlihen wurdend, als denn bauwtend ſy etwan in den verlechneten plaetzen, bey weylen auch in jren Allodiis, das iſt freyen geſchenckten oder eignen gütern, eigne heuſer vnd ſchlöſſer, vnd ſatztend denn denn den Titel darauff, Alſo die Schenken von Schenkenberg habend ein erblichen Titel, vnd doch den nit von inen ſelbs, ſonder erſtlich von dem Ampt, eintweders der Grauen von Habſpurg oder Lentzburg geſchöpffet. Alſo die Schencken von Keyſerſtül habend Ampt vnd Titel von jrer Herrſchafft. Die Truchſaeſſen von Dieſſenhoven habend jren Adel vnd Ampt von den Graven von Kyburg, darnach Titel vnd nammen von Dieſſenhouen.*

Sölicher geſtald habend auch die Villici, Meyer, iren Adel von jren Aemptern vnd Lehen empfangen, als die Meyer von Windegk, Meyer von Glaryſs, Meyer von Knonow, Meyer von Eppenberg, Meyer von Mur, etc. *Summa der Adel Helvetiae iſt merteils entſprungen aus dienſtbarkeit der Fürſten vnd Graven, allein ein Abt zu Sangallen hat merteils Edelleuten im Zürichgow vnd Turgow belechnet, und vor Zeyten groſſen Adel erhalten und gepflanzet, dergleychen auch andere Prelaten vnd Grauen. Do ward aus dem pauren ein burger, der burger ward ein Amptmann: ſo bald er ein lehen empfing, ſchöpfet er daraus ein erblichen Titel, vnd bauwet ein bürglin, ward genennet ein Edel-Knecht, vmb das er dem Adel dienet. Dieſer Exemplen findt man vil bey dem Cloſter Santgallen. Doch ſind ſöliche Edelleut erſtlich nit alſo prachtig vnd koſtlich geweſen als bey unſeren Tagen, gebend noch jre alte Burgſtal Zeerkennen, welches gar ſchlechte behauſungen geweſen. Da hat ein ſölicher dienſtmann gehebt ein heusle, ein dienſtgeld vom Herren, ein roſs am baren auff den Herren Wartende, vnd habend ſich darnebend auch der güteren vnd vychs erneert. Dann ſölte der alt Heluetiſch Adel ein Pracht gefürt haben wie bey unſeren tagen, es hette es der Heluetiſch erdboden nit mögen ertragen. Es iſt auch der gröſt teil des alten Adels ſelbs abgangen, vnd jre heuſer verfallen zeuor vnd ee ſich in Helvetien ye einich Eydgnöſſiſche Pündtnus erhebt hat. Dann als ſy anfiengend an Pracht, gewalt vnd Koſtlicheit Zünemmen, und iren Zeuil warend, hat ye ein geſchlecht das ander vertruckt, gleych wie vnder den vöglen ye der gewaltiger den ſchwecheren verzeert* etc.

Sölichs hab ich nach der lenge von Vrſprung des Adels hereyn geſetzt, nit das ich einichen frommen vnd tugendtreychen Adel hiedurch verkleineren, ſonder allein bewaeren wolle das merteils Adels aus Aempteren vnd Wirdigkeiten entſtanden ſye, wie noch heutigs tags die erfarung vor augen zeerkennen gibt, da wir taeglich ſaehend burger und pauren durch herren dienſt, Lehen, Freyheit, eerenaempter vnd reychthumb Edel genennt werden. Das aber ſölichs mit dem alten Adel auch geſchehen ſeye, wirſt du an manchem ort diſes buchs hernach klarlich verſton.

§. X.

Officia Abbatiſſis praeſtabant *Capellani*, *Notarii* et *Cancellarii.* (*) In praecipuis vrbibus et templis cathedralibus ac collegiatis erant *capellae.* Capellanorum primus vocabatur *Archicapellanus*, qui, quum litteratura penes ſolos Clericos eſſe coepiſſet, plerumque erat *Archicancellarius.* Cancellariam enim et Archiva ad ſeſe traxerunt Capellani, eo quod ſoli linguae latinae haud eſſent expertes. Saeculo XIV Archivum Gandershemenſe cuſtodiae Capellanorum, qui a vicario cantus canonici munere iam exeunte ſaeculo XII *Canonici* dici coeperunt, traditum fuit. Cancellariatum ipſi iam ſaeculo XI et XII adminiſtrarunt. Archivi primus cuſtos vocari ſolebat *primiſcrinius.* (a) Primus *ſcriniariorum* (**) ſeu arcariorum, a ſcriniis et arcis, queis diplomata adſeruabantur,

(*) Quanta eorum fuerit dignitas, patet ex *NIGELLO* de *rebus Ludouici Pii* L. III. p. 945. A. To. I. Menck. *Hilduinus* (Archicapellanus) *habet dextram: Heliſacharque ſiniſtram* (Regis) ſuſtentat.

(a) *ANNALES Hildesh.* ad a. 1008. p. 722.

(**) Notarius et ſcriniarius eſt eadem perſona in ſubſcriptione Bullarum. *RVBEI Hiſt. Ravennatum* L. V. p. 247. 237.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tur, cognominatorum, vocabatur Romae et *Cancellarius* et *Bibliothecarius*. Referendarii adpellabantur penes Romanos ei, qui ſupplicum deſideria Principi offerebant ſimulque eius iuſſa et reſponſa exponebant. (b) Primus eorum tenebat annulum Principis (c) apud Francos. *SIGEBERTVS Gemblacenſis* ad annum 637: *Referendarius dicebatur, ad quem publicae conſcriptiones referebantur, vt per eum annulo vel ſigillo Regis confirmarentur.* Alias ei, qui annulum et ſigillum Imperatoris Regisve imprimebant calci Diplomatum, a ſeſe conſcriptorum, vocabantur promiſcue *Notarii* et *Cancellarii*. In Diplomate Caroli M. ad annum 790 exſtat *Hernuſlus Notarius*, recognoſcens vice Lutwardi Cancellarii. (d) In calce Diplomatis Conradi I Regis ad annum 912. haec leguntur: (e) *Odalfridus Notarius ad vicem Piligrimi Archicapellani recognoui et ſubſcripſi.* Apud noſtros ad annum 1204 occurrit *Everhardus*, *Notarius* Abbatiſſae. (f) Idem fuit Diaconus ac Capellanus, celebris verſibus Saxonicis antiquis *de fundatione et incrementis Gandershemenſis eccleſiae*, qui complectuntur hiſtoriam Abbatiſſarum ab exordio ad tempora Henrici Sancti, et praeterea duos catalogos, vnum Imperatorum et Regum a Ludouico II Saxone ad Fridericum II; alterum de Abbatiſſis noſtris. *BODO* hos verſus poſſedit, quos poſt Goblerum, I. G. Leuckfeldium et G. G. Leibnitium ſupra edidimus accuratius. Auctor ſcripſit circa annum 1216, (g) ex Chronico eccleſiae Gandershemenſis antiquo, nondum protracto vel amiſſo. *Iohannes*, *Notarius* Abbatiſſae obuius eſt ad annos 1271. 1273. (h) Sigfridus, Comes Bumeneburgenſis, vſus eſt *Notario curiae ſuae Henrico de Eſchenewege.* (i) Vileſcente tandem Notarii dignitate, Abbatiſſae adhibuerunt Cancellarios, vti de Agneſa Anhaltina diſtincte docet *BODO* (k) Cluſinenſis. Inſtar Archi-Capellani erat Abbas Cluſenſis. Ipſa enim Abbatiſſa praeſidebat coenobio Cluſenſi. *LOTHARIVS* Rex a. 1129 diploma dedit de Cluſinenſi coenobio, *ſub Bertholdo Hildesheimenſi Epiſcopo atque BERTHA Gandershemenſe Abbatiſſa*, *PRAESIDENTE praefatae Cluſenſi eccleſiae.* Capellanae Abbatiſſarum dicuntur Canonicae haud raro. Has inter praeter Praepoſitam, Decanam, Commendatariam, Scholaſticam et Cuſtoditricem obuia eſt Abbatiſſa S. Mariae, quippe quae adeo obnoxia fuit Abbatiſſae maioris eccleſiae, vt haec ſeſe *praeſidem* et *dominam* illius adpellaret. Anno 1452 Eliſabetha, Abbatiſſa princeps, Eliſabetae Abbatiſſae S. Mariae dedit litteras vitalitii, in qua ſeſe illa vocat *eine vorſtenderin des Cloſters Mariae von Pabſtl. Gewalt und Macht.* Haſce ſingulas in dignitatibus ſuis peculiaribus illis Abbatiſſa Princeps confirmauit ritu ſolemni. Capellanorum vero officia ſingularia, ab Abbatiſſis quondam collata, patent ex nominibus *Archivarii*, *Burſarii*, *Fabricenſis* etc. Syndico Capitulares plerumque vſi ſunt. Abbatiſſis praeter Cancellarium fuit *Secretarius*, qui plerumque beneficio quodam altaris inſtructus fuit. Reſtat epitaphium ad ſacellum S. Stephani: *Reuerendus et virtute praeditus vir Dominus Daniel Peuſter, eccleſiae huius Vicarius et Abbatiſſae Secretarius, pie obdormiuit anno* 1610 *Aprilis die* 10 *aetatis* 42. *quieſcit in pace.* Munus poſtea ambierunt et ad ſeſe traxerunt (*) Canonici: ac loco *Secretarii* exſtitit *Conſiliarius*. Dici enim non poteſt, quantum auctoritas Canonicorum per ducentos annos et quo flore excreuerit! Sed manum de tabula! Secretarios olim quoque Notarios ante aliquot ſaecula fuiſſe dictos, docet celeberrimus ille Germaniae Phoebus *IOANNES SCHILTERVS*. (l) Quum miniſteriales Gandershemenſes, ſaeculo XIII exeunte, per Canonicos ſenſim a ſubſcriptionibus chartarum publicarum excluderentur: officiales eccleſiaſtici, Capellanae et Capellani ac requiſiti Altariſtae ſolemnitatibus intereſſe crebrius coeperunt ſuisque teſtimoniis roborare diplomata. Saeculo XIV Capitulatio Eliſabetae fuit praeſcripta. Saeculis vero ſubſequentibus

 char-

(b) *NOVELL.* 113. c. 1. *CASSIODORVS* Lib. VI. c. 7. Gu. *PANCIROLVS Comment. in notitiam Imp. Orient.* c. 86. p. 130.

(c) *GREGORIVS Turonenſis* L. V. c. 3. et 22.

(d) *GEWOLDVS* de *Septemviratu* p. 83. Confer exempla plura apud *Io. Wilhelmum* de *GOEBEL* in Diſſ. Acad. de *Notariis* §. XI. p. 13. ſqq.

(e) Apud *SCHANNATVM* in *Trad. Fuld.* 551. p. 226.

(f) Supra p. 737.

(g) G. G. *LEIBNITIVS* in *Introd. ad To.* III. *Scriptor. Brunsuicenſia illuſtrantium* n. III. p. 4.

(h) Supra p. 783. ſqq.

(i) Supra p. 708.

(k) In *Syntagm. Gandersh.* p. 342. To. II. Leibn.

(*) Id Capitulo et Abbatiae vtile. Ita enim cautum eſt, ne bona eccleſiae porro diſſipentur per miniſtros extraneos.

(l) In Diſſ. de *Secretariis* c. 3.

chartae Capitulares ſunt diuiſae in eas, quae Abbatiſſae et Capituli res ſpectant: in eas, quae Abbatiſſam ſolam adtinent: in eas, quae Capitulo propriae ſunt: et in eas, quae corpori Canonicorum ſeu Capitulo Burſae vindicantur. Teſtimonia fini cuique ſingulari ſunt accommodata. Quae ad Capitulum vel ſpeciale vel generale adtinent et in eo decernuntur vel aguntur, hodie infimus Canonicorum, veluti Secretarius perpetuus, ad acta refert, quorum ſummam Senior aut Subſenior plerumque ei ad calamum dictat, praecipue ea, quae Capitulariter concluduntur. Secretariatum hunc nonnulli Canonicorum quondam continuarunt ac retinuerunt vsque ad Senioratum. Qui vero Secretariatum pro ordine ſuo obire debuiſſet, vicem nonniſi Actuarii ſuſtinuit.

§. XI.

Vt Abbatiſſae diiudicarent controuerſias, inter homines ſuos eccleſiaſticos exortas, *officialem* adhibuerunt ſeu ſupremum aulae praefectum, qui ante reformationem Lutheranam ipſe plerumque fuit ordinis eccleſiaſtici. Sed vix vnus et alter eorum eſt obuius, qui *officialis* cognomen ſuſtinuit. *Giſelbertus officialis* ad a. 1236 occurrit inter miniſteriales. Miniſteriales enim iura dixiſſe Canonicis et hominibus eccleſiae ex conſuetudine et compromiſſo, patet ex Bertoldi de Oldershuſen Mareſchalli et Diderici de Stasvorde Dapiferi ſententia deciſoria ad a. 1350, quae ſic habet:

„Den Canoniken to Ganderſem. Gy ſcolet weten. dat ek *Her Bertold von Old-„werdeshuſen* vñ *Dyderik von Stasforde* vs bevraghet hebben eynes rechtes. des gy to vs „ghegan hebbet. na iuwer beyder ſchrift. *Bruniges von Ganderſem* vñ iuwer. we ſint „ghelard vor eyn recht to ſprekende. hebbe gy gud in iuwer were. dat me gyck dar „inne ſitten ſcal laten roweleken alſo lange went me gyk de were vnd rechte breke „vor gherichte. Nu ſprikt Bruning. dat eghen ſi one vñ ſinen broderen angheſtorven „von ſines vedderen weghen. des id recht eghen were. is dat alſo, dat he vnde ſine „brodere dat bewiſen moghet. vnde or olt eghen is. is dat ſe des vul komen moghet. „ſo dat ſe in der wercke weſt ſint. do dat eghen laten ward. ſons mach me dat eg-„hen nicht laten hebben. ane ere lof. Vord mer ſcrive gy Canonicke to Ganderſem. „dat gud, dat Bruning von Ganderſem vnd ſine brodere anſpreken. dat ſy iuwe vñ „iuwes ſtichtes eghen weſt, langh wenne yement denken moghe. is dat alſo. dat gy „dat gud hebbet ghehad ane rechte anſprake. ſo moge gy iuwe were. vnde iuwes „ſtichtes eghen beholden mid rechte, bet wennet gyk yement vndteyn moghe. Dit „ſpreke we Her Bertold von Oldwerdeshuſen. vn Dyderik von Stasforde vor eyn recht, „went we vs neynes beteren rechtes bevraghen kunden. To eyner bewyſinghe heb-„be we diſſe breyf beſegheled mid vſen ingheseghelen, vnde is ghegheuen. na god-„des bord dritteynhundert iar. in deme viftigheſteme iare. des ſundaghes na der „meyntweken.“ Officiati fuerunt miniſteriales. *CHRONICON STEDERBVRGENSE* (m) de Henrico Leone: *Officiatis ſuis, hoc eſt, Dapifero, Pincernae, ceterisque omnibus ita ſollicite iniunxit, vt huic feſtiuitati tanquam ſuae* (qua eccleſia conſecrabatur) *praeeſſent.* Mareſchallum et ceteros ſuos miniſteriales Henricus, Dux Brunſuicenſis, ad annum 1280 vocat *milites et conſiliarios ſuos.* (n) Miniſterialibus Ganderſemenſibus adnumerantur etiam ſaeculo XII et XIII *Aduocati.* *WALTERVS* eſt obuius ad annos 1148. 1159. Numos ipſe feriendos curauit, quorum duos exhibuimus in *tab.* VII. n. 7. 8. Origo ei fuit ex miniſterialibus, de *Ganderſem* dictis. Aduocati erant alii maiores, armatique et vindices, quorum locum ſuſtinent nunc *Conſeruatores* ab Imperatore denominati. Aduocati alii erant miniſteriales, qui ex beneficio Abbatiſſae tenebant bona nonnulla, et iudicia per caſtrum ac loca vicina, iusque monetae in caſtro Ganderſem et Elligerode. Inſolentiam aduocatorum refrenauit Fridericus I Barbaroſſa (o) edicto, a. 1188. Goslariae promulgato, mandans, *vt aduocatus in bonis aut perſonis ad eccleſiam pertinentibus non faciat violentam exactionem aut petitionem iniuſtam, ſed vt contentus ſit* aduocatus officialis *iure ſuo, quod ei ob defenſionem eccleſiae conſtitutum ſit.* Addit Adelheida V in edicto ſuo circa idem tempus: *Infra ſepta clauſtri, coemeterii, muri vrbani, monaſterii S. Mariae, monaſterii in Brunneſteshuſon, monaſterii in Cluſa, et in DOTIBVS eccleſiarum, tam intra ciuitatem, quam extra, exiſtentium, in domiciliis eccleſiarum, perſonarum eccleſiaſticarum*

(m) To. I. Leibn. p. 859.
(n) Ibidem p. 868.
(o) Supra p. 130. ſq. in nota. Simile Diploma deciſorium *CONRADVS* III promulgauit in Aduocatum et Officiatos Corbeienſes, obuium in *IO. FRANC. PAVLLINI Diſſertationibus hiſtoricis*, p. 118.

ſticarum et in poſſeſſionibus MINISTERIALIVM, illis videlicet, quas ipſi perſonaliter poſſident, vel propriis ſumtibus colunt, nihil iuris ſibi vindicabit aduocatus; ſed ſi qua in memoratis locis iudicanda contigerint, Domina Abbatiſſa iudicabit. Siquis autem in praefatis locis publicas mercaturas exercuerit, ratione mercationis, non ratione perſonae, legi forenſi ſubiacebit. Quum haec non ad ſolum *Aduocatum principalem*, hoc eſt, maiorem et armatum, ſed quemuis quoque alium ſpectent; facile patet, *aduocatum officialem* non excludi. Decretum et Abbatiſſae et Caeſaris potiſſimum ſpectat ad *Hermannum* Aduocatum, qui plerumque pro Comite Woldenbergenſi reputari ſolet. Ad annum 1236 *Giſelbertus officialis* eſt obuius. *CAROLVS de FRESNE*: (p) *Officiales apud noſtros adpellantur iudices Epiſcopales ſeu Epiſcoporum, in quos acrius inuehitur Petrus Bleſenſis Epiſt.* 25. Iudices ſolent indicari per hanc vocem, qui decidendis rebus eccleſiaſticis nauant operam. Officium ipſum vocatur *Officiolatus*: eique muneri ſigillum erat ſingulare. quale adtulimus in *Tab.* XIII. *fig.* 26. At non video, quî Officiolatum Abbatiſſa dirigere potuerit eiusmodi. Ad a. 1271. 1273. et 1278 occurrit *aduocatus Bruningus de Ganderſem.* Horum vaſſorum, (q) de Ganderſem dictorum, potentia magis magisque excreuit. Id docebimus vno momento et altero. Primo ipſi *bannum vrbis et caſtri* ab Abbatiſſa et Eccleſia obtinuerunt in beneficium. *Bann* eſt *iuſſio.* Vnde eſt *haribannus* et Gallorum *arriereban*, quo notatur citatio ad exercitum (*heer*) et deinde etiam mulcta neglectae ad exercitum congregationis. (r) *Burgban* eſt igitur poteſtas iuris dicendi et contumaces puniendi, in caſtro. Hoc intelligimus ex Diplomate Conradi III, Corbeienſibus dato, (s) in quo haec leguntur: *Orta eſt nihilominus et alia temeritas ab eodem Rabanone, quod intra muros Corbeienſis monaſterii quandam ſimilitudinem dignitatis ſibi hereditario iure vindicabat, quam PRAEFECTVRAM adpellabat, et ſe Burckgravium appellari faciebat, cum omnes Abbates eiusdem Monaſterii hanc poteſtatem ſemper ſub ſe habuerint, vt quidquid a ſuis infra muros delinqueretur, aut ipſe corrigeret, aut Camerario vel Dapifero ſuo, ſeu alicui de familia ſua, corrigendum absque vlla poteſtate, in perpetuum manſura, committeret. Hac autem poteſtate praefatus Rabano in tantum abuſus fuit, vt eam vulgari nomine BVRGBAN et ſecundum morem alicuius magnae poteſtatis ſaepe infra muros placitaret, et huiusmodi placita BVRGDINCK adpellabat.* Subſtitue Abbatiſſam Gandershemenſem Abbati Corbeienſi et Rabanonem *Waltheri* de *Gandersheim* poſteris; tum nil poteſt inueniri ſimilius, excepto quod pro Burggraviis heic obtinuerit cognomen *Aduocati*, ſeu *Voget*, *Bluhtvoget*, et *iurati iudicis*: ac iudicium aduocati vocatum ſit *Vogetdinck.* Quid ſit *Burgban*, dilucide innoteſcit ex diplomate alio eiusdem Conradi III, in quo vertitur per *praefecturam vrbis.* (t) Ad vrbem Gandershemii tuendam Aduocati renouarunt confinia *Gandershemiamarcus*, alicubi tamen contraxerunt. Foſſam enim duxerunt circa finem ſaeculi XIII circa vrbem, vocatam *Landwehre* a munimentis et turribus hinc inde in ea erectis. Ad confinia foſſarum, ſeu, vti veteres loquuntur, *foſſatorum* vltra Leinam in pago Ippenſen ſtruxere caſtrum firmiſſimum, quod dicebatur *ein Reich-Borchfrede* ſeu *ein Reich-Borchhude*, eo videlicet fine, vt caſtrum cuſtodiretur et in pace quieſceret. (u) Hiſce praefuerunt Aduocati illi, dicti de Gandersheim. Exemit paucula a iurisdictione praefecti *MATHILDIS* Abbatiſſa, forſitan prima, cuius exſtat Diploma huiusmodi:

MATHILDIS Dei gratia Gandersſemenſis Eccleſiae Abbatiſſa. Declaramus per“
preſentes nos et familia noſtra et *officiati noſtri.* Domine noſtre. cum Canonicis et *mi*-“
niſterialibus et *famulis* eorundem, et *officiati eccleſie.* quod quamcunque domum inhabi-“
tent perſone preſentes. uel ubi domicilium habeant. de iure ad noſtrum monaſterium“
pertinere. Et ſi *miniſteriales.* qui de iure indulto. et alii milites. qui ex conſuetudine“
preſcripta. ab antiquo eidem monaſterio pertinere dignoſcuntur. vel heredes ipſorum.“
curtesque (x) vel domos ſuas in abſentia ſua aliis perſonis ad habitandum locauerint. in“

qua-“

(p) *Gloſſar. lat.* To. III. p. 47.

(q) *VASSVS* eſt miniſter obſtrictus ad tuendum Dominum et eius iura. *Carolus du ERESNE* To. III. p. 1382.

(r) *CAROLVS le COINTE* To. VI. *Annal. eccleſ.* a. 881. num. 37. p. 195.

(s) Apud *ESTOREM* de *Miniſterialibus* c. VII. p. 471. ſq.

(t) In *PAVLLINI Hiſtoria Virginum collegii Visbeccenſis* p. 63.

(u) Illuſtrationis gratia legi poteſt *DIPLOMA Bernhardi Epiſcopi Paderbornenſis* l. c. p. 89. ſqq.

(x) Intellige praedia, quorum reditus inferendi erant fiſco, Kammergüter. Sic dicuntur a *cratibus* ſeu *cortibus*, quibus erant circumſeptae villae eiusmodi. *Cortem* ſeu *curtem*, *cratem*ve Germani vocarunt *Hort.* Supereſt vox *horde*, crates. De curtibus vide *Burcardi Gotthelſii STRVVII Iuris publici prudentiam* Ed. 2. Cap. IX. §. 4. p. 235. ſqq.

„quacunque eorundem domorum dummodo *publicas mercationes* non exerceant. in eis„dem ad monaſterium ſimiliter pertinebunt. Quamdiu autem easdem domos aliqui „negotiatores ſub publico mercatu inhabitauerint. iidem ad parochiam S. Georgii per„tinebunt. Publicas mercationes intelligimus. cum quis negotiando eas emerit infra „limitem fori lucri cauſa. ut carius uendat. Item officiati conuentus. utpote cam„panarii. cocus communis. clauiger granarii communis. quoad ſuas perſonas dunta„xat. vbicunque habitauerint. monaſterio pertinebunt.„ Succeſſu temporis nobiles illi de Gandersheim *curiam* ſplendidam ſuſceperunt ab Abbatiſſa, prope Abbatiae confinia poſitam. Exin vna eorum ſtirps *de Curia* ſeſe cognominauit. Aduocatiam quoque duo fratres, exeunte ſaeculo XIII, conſentiente Abbatiſſa bipertiti ſunt. Paullo ante Iudithae regimen ſtirpis alterius Aduocatus ſuam partem dimidiam oppignorauit militibus, dictis *de Gittelde*; hi porro Ottoni et Wilhelmo, Ducibus Brunſuicenſibus. Quum igitur Duces Abbatiſſam monerent Iuditham, vt dimidiam vrbis caſtrique aduocatiam redimeret; ipſa eam redimere noluit, ſed potius ius ſuum in illam dimidiam aduocatiam ceſſit Ducibus a. 1350. Kal. Febr. Altera Gandershemiorum ſtirps medio ſaeculo XV in Gerhardo defecit, cuius a filiabus pars altera aduocatiae itidem ad Duces Brunſuicenſes fuit deuoluta, qui ad ſaeculum vsque XVI fere medium caſtro ſemper praefecerunt virum nobilem, qui *aduocatiam* illam *nobilem* adminiſtraret. Ab hiſce Aduocatis differebant ei, qui monaſterii reditus in villis colligebant et Clericis tranſportabant. His quoque bona et praediola in mercedem data. Vnde ſunt nomina *vogtey*, *vogthof*, *vogthuſe* etc. Quibus aliisque minoribus praediis et agris plerumque acceſſit *ius feudi Salici*. Dicuntur enim haec bona non ſolum *terra ſalia* et *ſalica*, ſed etiam *ſalhof*, *ſedelhove*, *ſalhove* etc. Homines, inde a ducentis, voces haſce deduxerunt ex *ſadel* i. e. ephippio. Sed imperite. Eſt, vbi eos fui ſecutus, antequam clariora occurrerent documenta. *ESTOR* celeberrimus: (x) *Bona ſalica erant ſpecies quaedam allodii a ſala dicta. Sala enim domum curtiee* (des Hofes) *notat praecipuam.* At ex diplomatibus et codicillis noſtris patet, *terram Saliam* ſeu *Seliland* eſſe, in qua mares excludunt feminas a poſſeſſione, vti iam monuit Venerabilis *SCHANNATVS* in *praefatione ad Buchoniam veterem.*

§. XII.

Mareſchalcus (y) eccleſiae Ganderſemenſis fuit a. 1188 *Hermannus*. Nam in diplomate Friderici I Barbaroſſae, ſupra in p. 130 adlato, ita in linea 27 legendum eſt: *Albertus Grombach*, *Hermannus Marſcalcus ipſius eccleſiae.* Huic et ceteris miniſterialibus honoratioris dignitatis a Caeſare mandatum, vt ipſe et reliqui ſatis habeant, ſi in aula Abbatiſſae cibis reficiantur, quotiescunque diebus ſolemnioribus ad menſam Abbatiſſae ſeruierint: nequaquam vero cibos mittant extra illam aulam, vel viros a Abbatiſſa non inuitatos, ſecum adducant. Iam ante hoc tempus ad annum 1173 in diplomate Adelheidae IV. p. 184. fit mentio *Friderici* Mareſchalli. Saeculo XIII hoc officium ceſſit cum feudis adnexis generoſis, de *Oltwardeſſen* dictis.

§. XIII.

DAPIFERI Ganderhemenſes:

- Theodericus a. 1148.
- Ordouinus a. 1159. Supra p. 717. et a. 1188. p. 131. Huc pertinet ſententia Caeſaris de vna vini carruca (Fuder) quotannis pincernae dando p. 130.
- Eſico a. 1173. Supra p. 184.
- Hendericus a. 1188. Supra p. 130. ſq.
- Didericus a. 1207. Supra p. 738. ac a. 1215. p. 749. porro a. 1217. p. 751.
- *Ditericus* a. 1352. p. 427. quem officio Dapiferatus *IVDITHA* Abbatiſſa infeudauit, quum *Bernhardus* ei impar ac inhabilis fieret, quippe claudicans, ac, acceptis 10 marcis, ad dies vitae Dapiferatu cederet.

Dite-

(x) De *Miniſterialibus* c. V. §. 261. p. 336.

(y) Gerungus fuit penes Ludouicum Pium *ſacri palatii oſtiarius* et praeceſſit dignitate Archi-Capellanum ac Cancellarium. *NIGELLVS* de rebus Ludouici Pii L. III. p. 945. A. de eo:

Virgam more gerit, ſeruans veſtigia Regis,
Aurea cuius habet quippe corona caput.

Eum vocato ſtiarium ſacri palatii *FROTHARIVS* in Ep. 2. apud *Ducheſne* To. II. p. 712. *ASTRONOMVS*, auctor vitae Ludouici Pii ad a. 822. vocat eum *oſtiarium*; *EGINHARTVS* ad e. a. adpellat *oſtiariorum magiſtrum.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dieterici Genealogiam ſic habe:

N. N. *de* *STASFORDE.*

- *Didericus* 1352. 1354.
  - *Henricus* 1357.
  - *Fridericus* 1357.
    - *Didericus.* obiit ſub Lutgarda III.
  - *Didericus* 1357.
    - N. N. Soror nupta *Bertoldo* *SPADEN*, qui ſucceſſit a. 1400. † 1428.
      - *Conradus* dapifer 1415. 1445. Vx. Geſa.
        - *Conradus* infeudatus a. 1470. a Sophia IV. † 1497.
      - *Ludolfus*
- *Fridericus* 1356.

Caſtellum hiſce fuit in pago *Rüden maiori*, vbi veſtigia valli foſſaeque ac aediculae adhuc cernuntur. Dapiferatum adquiſiuit *BERTOLDVS* per vxorem ſuam. Quod ipſum, nec non alia, ad iura miniſterialium adtinentia, ex hac *Lutgardae* III *ſententia deciſoria* patent:

Von der Gnade Godes wy Lutghard Ebdiſſche des Stichtes to Ganderſem."
Na ſchulden *Hanſes van Gytere*, vnde von ſiner moder weghen, na antworde *Bertol-*"
des Spaden van ſiner echten Vrowen weghen, der rechte Vormunde he is, ſprecke"
we vor recht, na rechtene *hovelene*, vnd na der *denſtman rechte*, alſe we dat beſcreven"
vindet in deme *keyſer rechte*, in deme Capitele, dat ſek beghinnet: Got heft den"
Mynſchen ghebildet, na ome ſuluen etc. In deme ſulven Capitele ſteit gheſcreuen,"
dat de denſtman neyn recht en hebben, wenne alſe de Here one gift, dar ſe vnder gheboren ſin"
etc. Nu hebbet vnſe Vorwaren, den God gnade, unſen denſtmannen recht ghe-"
geven, vnd gheſad, dat ludet van worde tau worde: Alſe der denſtman recht van"
Hildenſem deyt, wenne dat vnſe Namen dar ane ghewandelt ſint, alſe ſeck dat van"
rechte boret. In vnſer Denſtman Recht ſteit gheſcreven, *dat der Ammethe neyn dem*"
Heren moghe ledich vverden, de vvile iement is, de ſeck to deme boeſtmede teyn moghe, et ſy"
vviff eder man. Hirumme heft Bertoldes Spaden Vrowe recht to vnſen Droſten"
Ammethe, vnde Hans van Gyter, vnde ſyn Moder, nicht. darumme dat Bertoldes"
Vrowe de negeſte böſme is *Dyderikes von Taſtvorde* ſeligher, des rechte ſüſter ſe was"
van Vader vnde van Moder. vnd Dyderick was vnſe vnd vnſes Stichtes rechte er-"
vegheborne droſte, wente in ſinen Dot. Wente dat droſt ammeht nicht hinder ſik"
ervenen mach, darvme dat Dyderick eyne rechte erve Suſter levendich na ghelaten"
hefft; vnde dyt is recht na vtwiſinge vnſer vnd vnſes Stichtes Denſtman Recht, dat"
vnſe Vorwaren van older her one ghegeven vnd gheſad hebbet, alſe we in vnſen"
olden privilegien vindet; Nu hebbe we vns erwaren, wu de van Taſtvorde van"
oldere ac an vnſe vnde an vnſes Stichtes Droſten Ammeht ghekomen ſint. Et was"
eyn, de heyt Bernd de Droſte ſeligher, de was vnſes Stichtes rechte Erve-Droſte,"
vnde de en hadde neyne Erven na ghelaten mer, vnde de ſulve Bernd de ward"
lam, dat he vnſen Stichte nicht mer denen en mochte, vnde en konde. Do quam"
eyn, de heit Dyderik von Taſtvorde, de deghedingede myd deme Berende, dat he"
myd willen van denne Droſten Ammethe leit, vnde he gaf deme Bernde teyn Marck"
gheldes, dewile he leuede, vnd deghedinghede mit deme Bernde, dat he dat vp-"

leit"

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„leit mid guden willen vnſer Vrowen *lucten van Svvalenberghe*, de to der tyd vnſes
„Stichtes Ebdiſſche was, vnde de leth mid guden willen deme Dyderike van Taſt-
„vorde dat Droſten Ammeht to eynen rechten erve lene. Vnde de Dyderick de be-
„ſtad dat Droſten Ammeth mennich Iare, wente in ſinen dot. De leyt do eynen rech-
„ten Erven, eynen Sone, de heyt *Vrederick* van Taſtvorde. de hadde dat Droſten
„Ammeht van uns, vnde beſad dat, wente in ſinen dot. de leyt do eynen ſone, de
„heyt *Dyderick* van Taſtvorde - - de heft na ghelaten eyne rechte Suſter van Vader
„vnde van der Moder, de is de negeſte Böſme, der hebbe we dat Droſt Ammetht
„gheleghen, alſe eynem rechten Eruen, na vtwiſinge vnſer denſtman recht. Dyt
„ſcrive we hirvmme, dat alle bederve lude ſeyn vnde horen, dat we node iemande
„vorunrechten en wolden, wente we des denne eynen alſo wol ghonden, alſe den-
„ne anderen. Wenne Bertoldes Vrowe Spaden is de negeſte, rechteſte angheborne
„Frue, darumme ſint we or des Droſten-Ammethtes bekant, vnde wilt or des bekant
„ſin, wur vnde wanne ſe des bedarff. To eyner Tuchniſſe ſo hebbe we unſe Inghe-
„ſeghel laten ghedrukket an duſſen Breff, vnde is gheſchen na godes bord vnſes Herrn
„in deme verteynhunderdeſten Iare an Sunte Scholaſticken daghe. Ok mene we, dat
„nemet vnſe Denſtman hebben weſen moghe, he den ſi euenbordich van Vader vn-
„de van Moder weghene, vnd ſchal nicht Mannes Man weſen."

Anno 1415 Bertoldus Spaden et Wernerus de Oldershuſen infeudantur Dapiferatu, ab Abbatiſſa Agneſa III. Bertoldus obiit a. 1428 et eadem Abbatiſſa heredibus ipſius confirmat 70 marcas, quas tenebant in VII. manſis agrorum ad Rüden minus.

A. 1498. Agneſa IV Dapiferatum confert, exceptis XXV manſis agrorum in Heſer,

1) *Henrico de Reden*, in cuius poſteris ipſe adhuc haeret. Notabimus annos infeudationum et nomina infeudatorum.
2) *Didericus de Reden* a. 1520.
3) *Henricus* a. 1549. 4) *Levinus* a. 1588. 29 Iulii. 5) *Henricus Levinus* 1613. 7 Maji 6) *Philippus* a. 1640. 15 Maji. 7) *Hartvvigus Iuſtus* adſumitur in feudi communitatem a Maria Sabina; Dapiferatus vero confertur *Iohanni Philippo*, eoque defuncto in poſterum *Chriſtiano Maximiliano* fratri iuniori 1665. 1680. 8) *Iulius Caſpar*, Hartwigi Iuſti filius a. 1694. 1715. 9) *Ludouicus Levinus*, prioris frater a. 1726.

Bona dapiferatui innexa:

V manſi iuxta *Sebbelshuſam*, vnus ager et 2 areae caſatorum, cum iure paſtionis ouium, 15 iugeribus ibidem, area lupulis conſita, ſilua *Spatholz* et adnexa via.
III manſi et 2 areae caſatae in *Engellade*.
I manſus iuxta *Ackenhuſum*.
II manſi iuxta *Mechtshuſum*.

Singuli manſi immunes ſunt a ſeruitute praeſtationum curulium et manuariarum.
VII areae caſatae et area vna *ſalia* in viuario ad Gandershemium.
II horti ad Gandershemium. I pratum iuxta Kreinſen.
Vna villa iuxta Odenhuſen et ſemimanſus ad Bornhuſam.

§. XIV.

PINCERNAE: *Etelgerus* a. 1173. *Heimfricus* a. 1148. *Elevvinus* a. 1188. *Conradus* a. 1228. Poſthaec deſierunt Pincernae. Anno 1720, commendante Sereniſſimo *AVGVSTO WILHELMO*, ac iubente *ABBATISSA*, *Conradus Detlef de Dehn*, conſiliarius Ducis intimus, Pincernatu hoc hereditario ornatus eſt, ea lege, vt is ad fratres et poſteros maſculos deſcendat. Infeudationis dies fuit 20 Febr. Emolumenta ſingularia honori nondum ſunt adiecta. Honoris inſigne eſt poculum argenteum maius, largiter deauratum, donum Abbatiſſae. In operculo locum apicis tenet corona Caeſaris, in extremis ornata adparatu gemmarum. In ſummo inſiſtit globus terrae. Ad latera eminent celata imago Nehemiae, Regi Artaſaſtae et Reginae potum in poculo offerentis Neh. I. II. et verba: *In memoriam reſtaurati Pincernatus hereditarii Abbatiae et eccleſiae Gandeſienſis* A. MDCCXX. In pede leguntur verba: *In familia Nobilium a DEHN.* Pes ipſe repraeſentat Palladem, in cuius ſcuto adparent inſignia Abbatiae Gandershemenſis et Saxonicum. In peripheria infima obuium eſt nomen Reuerendiſſimae Abbatiſſae *ELISABETAE ERNESTINAE ANTONIAE*. Inuentio ipſa debetur ingenio Generoſiſſimi Muſagetae et Patroni noſtri Praecellentiſſimi *Ioannis Antonii de Krol*, ſum-

mi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

mi Abbatiae gubernatoris. Symbolum Nehemiae, et Pincernae et inſtauratoris Hieroſolymitanae rei ſacrae eſt accommodatiſſime in rem praeſentem conuerſum. Donum, a. 1722 menſe Iulio ad Pincernam nouum miſſum, nuptiis nouis Illuſtriſſimi Comitis gaudia exhibuit iucundiſſima. Idem Comes poculum huc adtulit ad ſolemne conuiuium, introductioni Canonicae nouae Principis Anhaltinae ac nominatim Dornburgenſis in aula Abbatiali adiunctum, cui Dux Sereniſſimus Brunsuicenſis regens cum vxore Sereniſſima, Iohannes Adolfus Princeps Anhaltinus ac praeterea ſex Principes interfuerunt. Hi omnes ex poculo Nehemiae ſumma cum hilaritate biberunt, Nehemia noſtro inde Abbatiſſam officiis ſuis ornante. Quum anno 1723 Illuſtriſſimus *DEHNIVS* Pariſiis Regem Galliae proceresque ſanctiſſimi conſilii, quod ibi viget, adiiſſet, nomine Ducis Sui auſpicia ſuſcepti regni *LVDOVICO* XV gratulaturus, poculum Nehemiae habuit ſecum inſtar comitis. En particulam epiſtolae Comitis, ad *ABBATISSAM* a. 1723. 27 Dec. Pariſiis datae: *Son magnifique Pocal a brillé à Paris dans mon buffet, et rendu ma vaiſelle d'autant plus remarquable, l'ouvrage et la belle invention aiant été admiré chaque iour de tout le monde, dont perſonne n'avoit vû de ſi beau en France.* Vir idem Excellentiſſimus anno 1726 Viennae legatum *DVCIS AVGVSTI WILHELMI* egit apud inuictiſſimum *CAROLVM* VI, ac ea adfectus eſt dignatione, vt a Caeſare in numerum Comitum Imperialium fuerit receptus. Dilucide haec patent ex litteris ipſius Comitis, ad Abbatiſſam a. 1727. 8 Ian. datis. En partem ex eis huc translatam:

Nachdem ich nunmehro wieder alhie von Wien angelanget, ſo erfordert mei-“
ne vnterthänigſte Schuldigkeit, mittelſt demühtigſter inſinuation angeſchloſſenen“
käyſerlichen Schreibens, Ew. Durchl. ſelbſt treudevoteſt zu melden, daſs Sne Käyſ.“
Maytt. auſſer vielen andern mir in koſtbaren preſenten dero portraits mit brillanten“
reich garniret, und eines dergleichen bouquets von Ihro Maytt. der Käyſerin vor“
meine Frau, erwieſenen Gnaden, mich aus eigner allerhöchſter Bewegnis in den“
Reichs-Grafenſtand erhoben; wie darüber die kayſerl. Intimations-Schreiben an al-“
le Chur- vnd Fürſten des Reichs, alwo ich mit Vaſallen Pflicht, oder ſonſt in einiger“
connexion vnd käntnis ſtehe, abgangen ſind; Ich lege anbey Ew. Durchl. mein“
neues Wapen vnterthänigſt mit zu Füſſen, mit der Explication derer darinn befind-“
lichen Stücke - - Litterae *IMPERATORIS* a. 1726. 13 Nou. ad Abbatiſſam“
datae:

Carl der ſechſte von Gottes Gnaden, erwehlter Römiſcher Käyſer, zu allen“
Zeiten Mehrer des Reichs.“

Ehrwürdige, Hochgeborne, liebe Fürſtin, vnd Andechtige. Wir mögen Dr.“
Andl. und Ld. hiemit gnädigſt ohnverhalten, daſs wir Vnſern vnd des Reichs lieben“
getreuen *Conrad Detlef von Dehn* des Regierenden Hertzogen zu Br. vnd L. Liebd. vn-“
ſers lieben Oheim vnd Fürſten würcklichen Geheimben Rath, vnd bevollmächtig-“
ten Geſandten an Vnſern Kayſ. Hoff nicht allein in Anſehung derer von ſeinen Vor-“
vnd Eltern in Bekleidung vornehmer Hoff-Staats-Kriegs vnd andern Ambtern vnſe-“
rer glorreicheſten Vorfahren Röm. Kayſern vnd Königen, dem Heil. Röm. Reich,“
vnd Vnſern Durchleuchtigſten Ertzhaus Oeſterreich geleiſteten erſprieſlichen Dien-“
ſten, ſondern auch in gnädigſter Beobachtung Seiner eigenen bey der von des regie-“
renden Hertzogen zu Braunſchweig Lüneb. Ldl. an verſchiedenen Königl. Chur“
und Fürſtl. Höffe obgehabten, vnd noch würcklich an Vnſern Kayſ. Hoflager ver-“
trettender Geſandtſchafft, ingleichen andern Ihm anvertrauten wichtigen Geſchäfften“
vnd Bedienungen, in ſeinen Verrichtungen, zu vnſern gnädigſten Wohlgefallen be-“
zeugten rühmlichen Auffführung, beywohnenden ſtattlichen eigenſchafften, vnd“
erfahrenheit, ſambt ſeinen Ehelichen Leibs-Erben, Mann- vnd weiblichen Ge-“
ſchlechts, den 27 Sept. dieſes lauffenden Iahrs in des Heyl. Röm. Reichs Graffen-“
ſtandt, mit der Benahmſung *Hoch- und Wohlgeborn* aus ſelbſt eigener bewegnis erhoben“
vnd darzu gewürdiget haben. Damit nun ſolchem nach obgedachter Conrad Det-“
lef von Dehn ſambt ſeiner ehelichen Erbfolge beyderley Geſchlechts, gleich von“
denen Vnſrigen, alſo auch von allen andern Cantzleyen, der Grafen Titul nebſt“
dem Ehrenwortt, *Hoch- und Wohlgeborn*, gegeben werde. als geſinnen wir an dr. An-“
dacht vnd Liebden hiemit gnädigſt, *bey dero Canzleyen die Verordnung zu thun*, da-“
mit bey allen Fürfallenheiten ſolches in obacht genommen, vnd Ihme Conrad Det-“
lef Grafen von Dehn vnd deſſen ehelichen Leibserben - erwehnter Grafen - Titul,“

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

„ſambt dem Ehrenwortt, Hoch und Wohlgebohrn, auch ſonſt alle andere dieſem „Standt angehörige Vorrechten angedeyen, vnd beygelegt werden. Vnd wir verbleiben dr. Andacht vnd Ldn mit Käyſ. Gnaden vnd allem gutem Wohl beygethan. „Geben in Vnſerer Statt Wien 13 Nou. anno 1726. - - -

Carl
Vt.
leg. v. Schönborn

Ad mandatum Sacæ Caesæ
Maieſtatis proprium
E. F. v. Glandorff. „

Titulus inſcriptionis:

„*Der Ehrwürdigen vnd Hochgebohrnen Vnſerer und des Reichs Fürſtin vnd „lieben Andächtigen Eliſabethae Erneſtinae Antoniae, Erwehlten Abb„tiſſin, Vnſers Kayſ. gefreiten Stiffts Gandersheimb, gebohrner Hertzo„ginn zu Sachſen.*

Memoratu non eſt indignum, Imperatorem Comiti ea ſanxiſſe inſignia, quorum partem Pincernatus Gandershemenſis quoque conſtituit. Quo ipſo Caeſar reſtitutionem huius officii hereditarii confirmaſſe cenſendus eſt. Nam in inſignibus, Comiti a Caeſare adſignatis, conſpicuus eſt leo ruber dimidius, coronatus, rugiens expanſo rictu, cauda implexa rubra et adrecta eminens, lingua et vnguibus coeruleis, exſtans e campo viridi, quem argenteus perlabitur fluuius; ſiniſtro pede anteriori tenens *poculum aureum* et dextro operculum ei detrahens. Idem leo dimidiatus quoque adparet ſupra galeam ſiniſtram, pedibus contingens *calicem*, Pincernatus Gandershemenſis monumentum ac inſigne.

Ac ne ardorem et ſtudium Illuſtriſſimi Comitis, quo *Palladem*, poculi ſui partem, proſequitur, ignores; litteras bullatas Academiae Oxonienſis adiiciam, quibus in Doctorem iuris ciuilis a. 1728. 8 Febr. tempore legationis ſuae Britannicae renuntiatus fuit. En ipſas!

„Cancellarius, Magiſtri et Scholares Vniuerſitatis Oxonienſis omnibus, ad „quos hae litterae peruenerint,
„Salutem in Domino ſempiternam.

„Cum eum in finem Honores Academici a maioribus noſtris inſtituti, vt viros litera„tos et praeclaros gratia quadam peculiari demereretur Academia: Cumque Excel„lentiſſimus et Doctiſſimus *Conradus Detlevius* S. R. I. Comes *a Dehn*, Nobiliſſimi Dane„brogici Ordinis Eques, Sereniſſimi *AVGVSTI GVILIELMI* Ducis Brunſuigo-Guel„pherbytani Status Miniſter intimus, vt in Angliam, ad foedus inter eundem Celſiſſi„mum Principem et Sereniſſimum Principem *GEORGIVM* II Magnae Britanniae Re„gem obſignandum Legatus Extraordinarius venit, eo erga nos animo extiterit, vt ab „arduis ſibi creditis negotiis Academiam viſendi occaſionem arripere non dedignatus „fuerit: cumque *nuper armarium Bodleianum numismatibus pluribus aureis et argenteis*, eun„dem Ducem Sereniſsimum, Principem tam cognatione quam virtutibus vtplurimum „nobis colendum, referentibus, *vltro dono miſſis*, *laute ditauerit*; Sciatis, Nos Can„cellarium Magiſtros, Scholares, ante dictos, grati animi ergo Virum adeo omnibus „numeris abſolutum ſummo, quo potuimus, honore proſequi volentes, eundem Ex„cellentiſsimum et Doctiſsimum Dominum *Conradum Detlevium* S. R. I. Comitem à „*DEHN*, qui nihil literarium a legatione ſua alienum putat, hoc 8vo die Februarii „Menſis anno Domini a. 1728 in ſolenni ac frequentiſsimo Doctorum ac Magiſtrorum „Senatu, vnanimi ſuffragio Doctorem in iure ciuili conſtituiſſe et renunciaſſe; cum„que omnibus et ſingulis Doctoralis in iure ciuili gradus priuilegiis et honoribus cumu„laſſe. In cuius rei teſtimonium ac fidem publicum Vniuerſitatis noſtrae ſigillum his „literis apponi iuſsimus.

„Datum in Domo Conuocationis, die annoque ſupra dicto. „

§. XV.

§. XV.

CAMERARII eccleſiae Ganderſemenſis, quorum memoriam ab obliuione vindicarunt Diplomata, fuerunt hi potiſſimum:

1. *Wanradus* ad a. 1127. Supra p. 704.
2. *Anno* cubicularius ad a. 1134, ni Lothario Caeſari is ſit transſcribendus.
3. *Burchardus* a. 1148.
4. *Bertoldus* a. 1173. Vide ſupra p. 184.
5. *Vdo* a. 1188. Vide ſupra p. 130. ſq.
6. *Burchardus* a. 1215. 1222. 1227. Vide ſupra p. 749. 751. 760. 763.
7. *Henricus* a. 1261. 1267. 1271. 1273. Vide ſupra p. 781. 783. 784.

Ex longo iam tempore hoc ceſſauit officium. Necdum patet, quaenam bona muneri illi fuerint adſignata.

§. XVI.

Vt vero miniſteriales illi, qui officia hereditaria Abbatiſſis exhibuerunt, praecelluere vulgaribus miniſterialibus: ita miniſterialium omnium conditio melior reddita eſt ſaeculo XV, ſiquidem nexus arctior conuerſus eſt in laxiorem. Praeterea miniſteriales eccleſiae noſtrae tenuerunt *nobilitatem* iam ineunte ſaeculo XIII, et ſubeſt ſuſpicio, eos antea conditionis deterioris haud fuiſſe. Quando igitur *liberi* et *miniſteriales* in diplomatibus noſtris inuicem opponuntur, per *liberos* intelligo eos, qui extra nexum feudalem fuerunt poſiti ſuoque vixere arbitrio. Hac ratione multum intereſt inter *liberos* et *ingenuos*. Negare tamen non auſim, nexum miniſterialibus incubuiſſe multis de cauſſis grauem. Quo reſpectu vilior ipſorum fuit ſtatus quam ſaeculo XV et ſequenti aetate. Miniſteria tamen fuerunt beneficio quodam penſanda. At medio aeuo argenti copia non fuit vlla. Praediis igitur et agris, vel cibis potuque (Atzunge) miniſteria illa compenſanda fuerunt. Inde porro nexus eſt exortus tam ad fidelitatem ſeruandam, quam defenſionem, ſi opus foret, exhibendam. Ex vtroque momento praeſtationes, quae nunc ſigillatim ſunt ediſſerendae, profluxerunt variae. Nam licet *Comites pagorum* et *palatiorum*, a Caeſare traditorum, facti ſint hereditarii et bona concredita alienarunt; tamen cautum fuit, ne miniſteriales idem tentarent. Hi enim praediis concreditis erant adnexi et cum eorum translatione abibant in alterius poteſtatem, ac hoc reſpectu erant in commercio. Coniugia eorum erant adſtricta ad arbitrium Abbatiſſae et Capituli, horumque conſenſionem. *CODICILLIS CAESARIS* ad a. 1173. To. II. p. 276. apud Wiguleium Hundium in Metropoli Salisburgenſi: *Siquis miniſterialium extra ſui monaſterii collegium matrimonium contraxerit, omne patrimonium cum feodo ab eadem eccleſia adquiſito libere et ſine contradictione monaſterio cedat.* Pecuniam enim litones et miniſteriales offerre debebant pro iuribus decerpendae virginitatis, quam ſibi vindicabat ante lucem evangelii ſuſceptam Dominus directus. Supereſt *bumede* ſeu *bedemunde* ex aeuo antiquo, id eſt, *pretium* (miethe) *pro excolenda et propaganda ex vxore noua familia* (ex *anbuen*, *buen* i. e. genus propagare.) De Bedemunde alibi. *Bumede* exſtat in diplomate Sigfridi Comitis, ſupra p. 707. Praeterea filiarum mariti, ceſſante ſtirpe maſcula, poterant ſuccedere in bona miniſterialium. Qua de cauſſa opus omnino erat conſenſu coniugali. *CAESARIVS* Heiſterbacenſis: (a) *Sciendum eſt, quod quicunque de miniſterialibus infeodatis eccleſiae vxorem duxerit et de ea filios genuerit, quod Dominus Abbas non teneatur illis feodum patris conferre.* De miniſterialibus non feodatis videtur aliter pronuntiandum. Vxor miniſterialis feodati debuit quoque ſeſe eccleſiae addicere ac libertati ſuae renuntiare, (b) vt inde naſci poſſent miniſteriales. Si miniſterialis vnius eccleſiae duceret vxorem, obnoxiam nexu miniſteriali eccleſiae alteri, vel ſi ipſe diuerſarum eccleſiarum eſſet miniſterialis; liberi nati diuidebantur (c) inter duas pluresve eccleſias. Si coniuges erant conditione diſpari, foetus ſequebatur conditionem viliorem. Miniſteriales potuiſſe permutari, adparet ex Diplomatibus p. 780. 782. 791. Potuiſſe eosdem donari, patet ex Diplomatibus noſtris, obuiis p. 798. 780. 366. Vnde innoteſcit, eos potuiſſe oppignorari, redimi, vendique. *Miniſterialis vxor* porro non poterat hereditatem mariti, qui alterius eccleſiae erat miniſterialis, adire, niſi ipſa eſſet priori vinculo et nexu exſoluta. Id vides ex Diplomate Hermanni Praepoſiti Werdenſis, adlato p. 754. Miniſterialis, ni nexu miniſterialitatis eſſet liberatus et ſic manumiſ-

(a) In *regiſtro Prumienſi* §. III. p. 435. Collectaneorum etymologicorum Leibnitii.
(b) *SCHANNAT. Trad. Fuld.* 616. p. 258.
(c) *FRIDERICI* II *DIPLOMA* apud *Becmannum* in Hiſtorie des Fürſtenthums Anhalt P. III. L. IV. c. II. p. 437.

ſus, haud admittebatur ad homagium, vel hereditatem ab alio Domino aliaque eccleſia conſequendam. Exemplum dedimus p. 789. Quis igitur dubitat, miniſteriales potuiſſe per hereditatem adquiri, teſtamento in alium transferri, in feudum dari? Tanti nexus reſpectu, miniſteriales cognominati ſunt *famuli* et *ſerui*, *knapen*: nam *ſeruitia* (d) praeſtabant, *obſides* fiebant pro Dominis vel Eccleſiis, (e) defendebant eccleſias Dominosque ad necem (f) vsque. Hac ratione *nobilibus* (g) Dominis, et *liberis*, (h) id eſt, extra eum nexum conſtitutis, opponuntur paſſim. Vocabantur *Heereſchilde* reſpectu eccleſiarum, quas defendebant. (i) Domini ipſos, ſi profugiſſent vel fidelitatem minus ſeruaſſent, conſueuerant vindicare veluti homines proprios. (k) Nec licebat ipſis, miniſteriales alios ſuae poteſtati habere obnoxios. (l) Si miniſterialis obiiſſet, dicebatur *manus mortua*. Credo, eo quod ipſe ob defenſionem praeſtandam eſſet inſtar *manus* (m) tegentis et defenſantis. Succeſſor eius legitimus tum ſoluere debebat *mortuarium*, quod quoque dicebatur *mortimanus*, (n) *buleuinge* et *buleven*, (o) *beſtheupt*, *cormede*. (p) Nam olim bona miniſterialium mortuorum ceſſerunt domino ſeu eccleſiae, vti *nexus litonicus* quoque id requiſiuit. Ne vero ſic ſpoliari viderentur praedia, pretio interpoſito miniſterialis nouus illa bona mobilia ſibi vindicare conſueuit. In aedificio enim et domiciliis (*bau*) viuae beſtiae (leven) erant ſeruandae. Quare optimus equus vel ei ſecundus, ſeu vacca ſelectiſſima (*beſte heupt*) eive ſecunda Domino fuerunt dati. *Cormede* dicitur indubie ex *kören* i. e. *ſeligendo*, et *mede*, ſeu *pretio conductionis*. Intelligitur vero per hanc vocem pretium renouatae clientelae, vel ipſa contractus conductionis arrha. In poſteriori ſignificatu vocem habes ſupra p. 841. Recognitionem clientelae ſaepius quoque dici *lidemonium*, *lidemium*, *laudemium*, ſatis conſtat. Origo et prima vocis poteſtas ad *lithos*, *lithones* ſeu *leuthes* pertinet, qui erant homines glebae adſcripti. Hi ſuberant miniſterialibus magnam partem. Praecipui eorum erant *manſionarii* ſeu *maſſas*, i. e. agros, quot arari et coli quotannis poterant bobus duobus. Agris hiſce foſſa erat circumdata; in medio erat villa ſeu domicilium agreſte. Ex his orti ſunt agricolae, die Ackerleute. Minores eis ſunt agricolae ex dimidio, halbe Ackerleute, Halbſpenners. Inferiores vtrisque erant *caſati*, Kootſatten, ex *kot* et *koda* i. e. tugurio. Homines vagi et mercenarii vocabantur *brinkſatten*, ex *brink* i. e. loco devexo, quem ei habitare in communi ſpatio conſueuerant.

§. XVII.

Auctoritas miniſterialium non eſt omittenda. Nam ipſi poterant lauta tenere bona, et de ſuis rebus ac facultatibus pro arbitratu diſponere, ita tamen vt feuda nonniſi ex conſenſu Domini directi alienare valerent. Ipſi ab aduocato non erant iudicandi, ſed iudicio ſolius Abbatiſſae erant obnoxii, vti patet ex edicto Adelheidae V ad annum 1188. Vocabantur enim ad iudicia parium, (a) in quibus et ipſi partem conſultantium

(d) *CHRONICON Hildeshemenſe* p. 746. To. I. Leibn. *Bernhardus praedia - hac moderatione fratribus impertiuit, vt curtes et litones vſui fratrum cederent; miniſteriales vero curiae epiſcopali curialium more deſeruirent, ſic tamen, vt miniſterialium absque herede decedentium bona ſeu beneficia fratrum bonis ſemper accedant.*

(e) *CHRONICON* vetus Ducum Brunsuicenſium p. 16. To. II. Leibn. *Echerto fidelis erat inter alios miniſteriales Widekindus de VVulferbutle - - adeo vt pro eo obſes eſſet Henrico IV Imperatori.*

(f) *CHRONICON* Stederburgenſe p. 856. To. I. Leibn.

(g) *ANNALES HILDESH.* ad a. 1115. p. 739. *Subito eiusdem vrbis* (Moguntiae) *familia, tam nobiles, quam miniſteriales, ipſum* Imperatorem *adeunt - -*

(h) *ARNOLDVS* Lubecenſis L. II. *Chron. Slav.* c. 2. §. 3. p. 241.

(i) *CHRONICON* Laurishamenſe p. 78. To. I. Freheri.

(k) *ESTOR de miniſterialibus* cap. 2. ſect. 3. part. 15. §. 177. p. 253. ſqq.

(l) *SPECVLVM* Sueuicum c. 52. §. 4. *VVer Dienſtmann iſt, mag nicht eigne Leute haben.* *ESTOR* l. c. part. 16. §. 190. p. 264.

(m) *ESTOR* l. c. part. 17. §. 191 p. 266. vocem ex Mann vult componi.

(n) Diploma Henrici Ducis Lotharingiae apud *BVTKENS* dans les *Trophées de Brabant* p. 89. Diploma Henrici Aucupis apud N. H. *GVNDLINGIVM* in *Vita Henrici Aucupis* p. 103.

(o) Vide *DIPLOMA Florini de Dalem* ad a. 1351. ſupra p. 834. et Iohannis Bockii p. 830.

(p) *Beſtheupt* in *deductione Hanovienſi* p. 69. Abbas enim et Abbatiſſa ſolebant mortui maris optimum animal, feminaeque defunctae optimam veſtem ſibi vindicare. *SCHANNATI Collectio* I *Vindem. litterar.* p. 58. 65. Coll. II. p. 2. I. P. de *LVDEVVIG*, *reliqu. MStorum* To. II. p. 301. Variabat tamen hoc ius pro locis diuerſis. *Cormede* hoc ſenſu exſtat in diplomate apud I. *IS. PONTANVM* in *hiſtoria Gelriae* p. 130.

(a) En chartam Embriconis Epiſcopi Wirciburgenſis apud I. F. *SCHANNATVM*, venerabilem Abbatem, in *Vindem. litterar. Collect.* I. n. 55.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tium et conſentientium facere (b) conſueuerant. Abbatiſſas conſilio eorum ſaepius vſos eſſe, patet ex ſubſcriptione teſtium in calce Diplomatum. Quare ea quoque honoris excellentia gaudebant, vt in templis poſt mortem ſepelirentur in habitu ſuo. Nam ipſi poterant pro Dominis et Dominabus fideiuſſionem ſuſcipere, arbitrium inter Principes litigantes gerere, teſtamenta condere, bona propria poſſidere, et ludis equeſtribus intereſſe. Epiſcopi, Abbates et Abbatiſſae filios miniſterialium pauperiorum inſtituendos curabant in ſcholis collegiorum ſuorum (c) canonicis. Gandershemii floruit ſaeculo XIV et XV *fraternitas Scholarium*, (d) eique Alfeldani, Seſenſes aliique largiſſima legarunt et donarunt bona et beneficia. Haec enim ſocietas, aeque ac illa Calendariorum, miris bonorum operum exuberationibus referta eſſe exiſtimabatur. Deambulationis ſtatae ac ſacrae facies redolebat quamdam ſanctitatis ſpeciem; ſed in ceteris actionibus notabatur diſſimilitudo.

§. XVIII.

Studuerunt nonnunquam miniſteriales vltra cancellos ipſi praeſcriptos emergere ac nexum repudiare arctiorem. Saeculo XII in plerisque Praelaturis Germaniae reditus et eorum adminiſtrationes ſibi vindicare ſtuduerunt, poſtquam, imperantibus Conrado II et Henrico III, officiales euaſerant hereditarii. At Conradus III et Fridericus Barbaroſſa licentiam ipſorum edictis grauiſſimis vel imminuerunt vel ſuſtulerunt. Henricus VII Rex Germaniae a. 1230. iuſſit, ne mulieres miniſterialium in feuda ſuccederent. Anno 1066 periit in Gallia Gaufridus de Preulli, qui belli imaginarii ludos, quos vocant *torneamenta*, inuenit. Qui ſimulac in Germania inualuerunt nec *nobiles*, antiqua ſtirpe fulgentes, ſuffecerunt copioſis militum cingulo donandorum ſocietatibus; miniſteriales, vix paſſi, plebeios nouosque homines ſibi anteferri, a nobilibus conducti praelia inierunt imaginaria. Qui cingulo nondum fuerant ornati, *famuli* dicebantur, et arma portabant militum: equos cataphractos ſeu dextrarios, onuſtos quippe laminis tegumentorum, dextra ducebant, quoad tempus praelii aduentaret: eosdem equos ſtrauerunt: ſellam tenuere et frenum leuaruntque adſcenſuras, armis praegrauatos. Inde adpellati ſunt *armigeri*, *ſcutiferi*, (*) *ſtratores*. Milites ſinguli ſaepe ſtipati decem famulis. Eumdem morem, licet modo eminentiori, quoque ſeruabant, et ex armigeris ſolemniter fiebant Duces et Comites. Vt miles fieret aliquis, caerimonia erat opus. Sacra primum celebrabantur, dein gladius conſecrabantur, cingulum ex corio conſtabat, eoque varie ornato. Antequam tironi enſis accingeretur, collum ipſius illo quatiebatur, et praemittebatur ab ipſo ſtipulatio de ſeſe gerendo, vt militem decet. Poſthaec pedibus admouebantur calcaria aurea, ſaepius ſat magna. Saeculo XIII cingulis equitumque ornamentis tintinnabula ſunt inſerta. Militiae cingulo donatus ſeſe vocauit *nobilem* et *ſtrenuum*. Quum vero nec hi milites praeliis ſufficerent, promta pecunia militantibus ſolui coepit. Qui mos maxime inualuit ſaeculo XIV et XV. Sub Maximiliano I tandem certamina inteſtina ſunt ſublata, Germania in circulos et ordinem redacta, ius collectandi per territoria introductum et militia, numis meritura, vbique recipi ac vigere coepit. Inter haec miniſteriales, ſenſim *milites* et *nobiles* facti, ab onere ſequendi caſtra fuerunt liberati, et feoda coeperunt poſſidere, nullis fere ſeruitiis inde praeſtitis.

§. XIX.

Quos nunc Archivarios et Secretarios vocamus, priſcae aetatis homines vocarunt *notarios*, *regionarios*, *ſcriniarios*, ac *arcarios*. *HADVMARVS* Abbas Fuldenſis impetrauit etiam Bremenſi eccleſiae confirmationem et priuilegium ab Agapeto primo, Papa Romano. In fine haec verba reperiuntur (a) ſubnotata: *Per manus Arronis notarii regionarii atque ſcriniarii ſanctae Romanae eccleſiae Ind.* VI. IIII. *Non. Ian. per manum Andreae ARCARII ſanctae ſedis apoſtolicae in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli.* Eodem die idem Andreas ſcripſit litteras bullatas Windilgardae Abbatiſſae Gandershemenſi. Arcarius alibi vocatur *ſcriniarius*. Quare is, qui heic Scriniarius audit, Arcario fuit potior, et *primiſcrinii* dignitatem, quae ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis inuento fuit, ſuſtinuit.

(b) Id patet ex Diplomatibus noſtris non vnis. *ESTOR* l. c. p. 502. ſqq.
(c) *AVCTOR Vitae Meinwerci* c. XXXIII. p. 539. To. I. Leibn.
(d) Supra p. 911.
(*) *Schildknapen*, *VVapelinge*.
(a) To. I. *Mencken*. p. 586.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quare omnes ii fruſtra ſunt, qui bullatas litteras Agapeti I, Windelgardi datas, ob hanc vocem in dubium reuocant. Arcarii alias vocati ſunt *ſcriniarii* et *cancellarii*. Quanta eorum fuerit dignitas, ex eo patet, quod nulla res maior, ipſis inſcientibus, geſta ſit, ipſique ſiniſtram Principis ac Epiſcoporum clauſerint.

TOMI II. PARS I.
SEV
DISS. IX.
DE
BENEFACTORIBVS PRIMARIIS.

CAPVT I.

LVDOVICVS REX FRANCIAE ORIENTALIS, GENER LVDOLFI, QVI IMMVNITATEM REGALEM AC BONA THVRINGICA DEDIT.

Summa. §. I. *Genus, vxor, liberi.*
§. II. *Facta et bella.*
§. III. *Mors et memorabilia.*

§. I.

Ludouicus, Rex Franciae Orientalis et Saxoniae, Ludouici Germanici filius ex Hemma, (a) Ludouici Pii nepos, frater Carolomanni (b) et Caroli III, quem *Craſſum* cognominant, (c) Gandershemenſi coenobio gratiam et fauorem ſummum impertiuit. Natalis ipſius nondum eſt palam factus. Parente orbatus eſt anno 876, 28 Auguſti, apud Laurishamenſes coenobitas ſepulto, (d) qui Rex Baioariae a. 817. et totius Franciae Orientalis ſeu Germaniae anno 943 (e) euaſerat. Mater Hemma eodem anno defuncta, quo pater deceſſerat, apud S. Emmeranum Ratisbonae ſepulta, et poſthaec in coenobium Laurishamenſe translata fuit. (f) Anno 876 Ludouicus, de quo exorſi ſumus dicere, menſe quidem Nouembri, patri ſucceſſit in tripartito cum fratribus duobus regno Germaniae. Carolomannus Baioariam ſortitus eſt: (g) Ludouicus II Franciam Orientalem et Saxoniam: Carolus III ſeu Craſſus Alamanniam, quacum anno 880 regnum Italiae ac dignitatem Imperatoriam, anno autem 882 regnum Germaniae ac 884 regnum Galliae coniunxit; vir fortunae verſabilis ſpeculum, ſiquidem anno 887 exauctoratus a faſtigio dignitatum ac felicitatis decidit. Ludouicus II filiam Adalardi Comitis ſecum deſponſauit anno 865. (h) Sed pater interceſſit, quo minus ſponſalia iuberentur eſſe rata. Ludolfi enim merita et fides videbantur nouo vinculo ac praemio adſtringenda. Quare *Liutgardam*, Ludolfi et Odae filiam, in torum adſciuit. (i) Errant, qui, eam Arnulfi Imperatoris fuiſſe filiam, referunt. (k) Ex ea nati ſunt *Ludouicus*, et *Hildegardis*. Ille periit paruulus, anno 880 Ratisbonae de feneſtra (l) lapſus. *Hildegardis* Arnulfum ad conſequendum regnum euexit, (m) ad tempus in coenobium Chiem-

---

(a) *REGINO* et *ANNALISTA Fuldenſis* ad a. 876.
(b) *ANNALES Fuldenſes* ad a. 858. 877. 879. 880. *REGINO* ad a. 880.
(c) *TOLNERVS* Cod. Dipl. Palat. n. XIII. p. 11. *REGINO* ad a. 876.
(d) *ANNALES Bertiniani* a. 876.
(e) *HVNDIVS* in Metrop. Salisburg. To. II. p. 12. *ANNALES Bertiniani* ad a. 843.
(f) *HVNDIVS* in Metropoli Salisburg. To. II. p. 361.
(g) *REGINO* ad a. 876.
(h) *ANNALISTA Bertinianus* ad a. 865.
(i) *HROSWITHA* p. 325. To. II. Leibn. *TOLNERVS* in Cod. Dipl. Palat. n. XII. p. 10.
(k) Comment. de Ludolfo §. 8. p. 10. ſupra.
(l) *REGINO* ad a. 882.
(m) *HERMANNVS Contractus* ad a. 895. p. 379.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf